Beatissime Pater. Dum alias devotus orator vester Stanislaus de Dowgy¹ presbiter et rector parochialis ecclesie in dicto loco Daugy Wilnensis diocesis et cum eo certi nobiles sui parochiani, de predio, in quo frumenta et alia sua necessaria ponuntur, a loco dicte parochialis ecclesie et domus sue per unum miliare situato, ad domum predictam reversus fuisset, quosdam truffatores numero ses^a in horreo domus sue ipsum expectantes interficiendi causa, prout idem orator ab eisdem in capite et collo ac corporis sui locis graviter et usque ad mortem lesus et vulneratus fuit, repperit. Quos quidem truffatores seu invasores dicti nobiles, qui cum oratore erant, ad ipsius oratoris enormiter lesi instantiam tenuerunt et incipparunt; quam iniuriam ac incippationem idem orator ordinario suo intimari fecit, eapropter ipse ordinarius prefato oratori expresse mandari fecit, ne sub pena obe-

294. ^b salutemque w tekście ^c meam w tekście ^d sigilinis w tekście

294. ³ Z kilku osad tej nazwy na Litwie, nie wiadomo, o której tu mowa.

⁴ Miejscowość nieodgadniona.

295. ^a tak w tekście

295. ¹ Daugi, stara osada, dziś miasteczko w pow. olickim na Litwie Kowieńskiej nad jeziorem tej nazwy.

dientie dictos invasores a carceribus dimitteret, necnon quilibet eorum prestiterit oratori iuramentum, quod nunquam ipsum oratorem prosequi aut ei et ecclesie sue contraire vellent. Quocirca idem orator quinque de inuasoribus, recepto primitus a quolibet iuramento predicto, dimisit; sextus vero nomine Martinus, qui oratorem lesit plurimum tempore licet modico detentus, tamen extra carceres per quinque vel sex dies post extitit vita functus. Verum Pater Sancte, quia dictus defunctus cum sodalibus suis prefatum oratorem gravissime ledendo interficere conatus fuit, penam pro culpa meruerit, ipseque orator de mandato ordinarii eosdem detinuit in cippis; quare idem orator conscientia motus dubitat irregularitatem tam premissorum occasione, quam etiam quia postquam sanus fuerit, simul tanquam rector et plebanus in die Pasce divinis se immiscuit in altari celebrando, ac fructus eiusdem decime ad valorem decem florenorum ab illo tempore citra percipiendo: quare Sanctitati Vestre pro parte dicti oratoris, qui ad Romanam Curiam pro excommunicatione ratione conscientie sue personaliter accessit, quique crucis signo cruciatorum signatus extitit et multa passus ab illis fuit, humiliter supplicatur, quatenus premissis attentis et quod ipse de mandato sui ordinarii eosdem captos detinuit modo premissis ac in lecto gravissime vulneratus languebat, secum misericorditer compacien(tes) dignemini ipsum oratorem, attento quod presbiter et pauper est ac plurima dampna propterea passus fuit, et aliunde victum et vestitum quam ex presbiteratus officio acquirere non possit, ab huiusmodi excessu necnon excommunicationis aliisque ecclesiasticis sentenciis, censuris et penis, quas premissorum occasione incurrit, de vestra solita clementia ad officii seu sacerdotiorum etiam altaris ministerii executionem absolvere et rehabilitare ac super irregularitate, quam dicta occasione contraxit; quodque parrochiam predictam suam, cuius fructus duarum marcarum argenti secundum communem estimationem valorem annum non excedunt, necnon quecumque, quodcumque et qualiacunque beneficia ecclesiastica alias sibi invicem^b compacientes, si sibi alias canonice conferantur, eligatur vel assumatur ad illa cum clausula providendi iterum libere et licite recipere et retinere possit et valeat, dispensare et indulgere, omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam penitus abolere, ipsumque oratorem in pristinum et in eum statum, in quo ante perpetrata huiusmodi existebat, restituere et reponere, necnon decernere et declarare privationem dicte sue parrochialis ecclesie, per ordinarium forsitan vel per quemcumque alium quavis auctoritate factam et inde secutam, quecumque nullius fuisse et esse firmitatis, dictumque oratorem premissorum occasione in iudicio vel extra iudicium, etiam per accusationem, denunciationem, inquisitionem vel alias molestari, inquietari vel quoquomodo turbari non posse nec debere, ac irritum et inane etc., si secus super hiis etc. attemptari premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunitis et necessariis.

Concessum ut petitur in presentia domini nostri pape. Pe(trus) Tiraso(nensis).

Et cum inhabilitate et abolitione prepetitorum ac absolute.

Et ad officii et sacerdotii etiam altaris ministerii executionem.

Et cum decreto et declaratione premissis.

Et quod maior specificatio premissorum, quandocumque opus sit, fieri possit.

Et quod committatur alicui prelato in Curia, attento quod orator est presens.

Concessum
Pe(trus)
Tira-
s(on)ensis.

Datum Rome apud sanctum Petrum, duodecimo kalendas januarii anno quinto.

296.

Wilno, 22 lutego 1476.

Michał Kieżgajłowicz wojewoda wileński i kanclerz W. Ks. L. kaplicę ku czci Narodzenia NMP., ŚŚ. Jana Chrzciciela i Jana ewangelisty, Mikołaja wyznawcy i Michała archaniola, ufundowaną przez siebie za zezwoleniem króla w kościele katedralnym św. Stanisława w Wilnie uposaża, nadając: połowę daniny miodowej z Lutomli; ustaw miodu z Ilji, darowany sobie przez króla; dwór Bugeyszciski, na rzece Berezynie z daniakami i ich daniami, tudzież czterech ludzi służebnych przytoczonych imiennie a należących do tego dworu, który to dwór otrzymał był od siostry swej Miłochny; dla rektora tejże kaplicy dom z gruntem i ogrodem nad Wilją oraz dziesięcinę zbożową i ogrodową ze swoich dworów Rakowa i Spudwiliszek, którą mają zwozić jego własni ludzie; zobowiązuje tegoż rektora do odprawiania dwóch mszy co tydzień za grzechy i za zmarłych; wreszcie zastrzega sobie prawo patronatu tejże kaplicy.

Or. brak.

Kop. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Transumpt króla Zygmunta I w Wilnie z dnia 18 października r. 1536 na prośbę Jana Zabrzezińskiego wojewody trockiego i marszałka WXL. tudzież dzierżawcy puńskiego i mereckiego, jako opiekuna dzieci małoletnich po Stanisławie Stanisławowiczu kasztelanie trockim i staroście żmudzkiem, który przedłożył królowi privilegium quoddam in pergameni scriptum zmarłego Michała Gieźgajłowicza wojewody wileńskiego i kanclerza WXL. na fundację i uposażenie ołtarza czyli kapelanji w katedrze wileńskiej pod wezwaniem NMP., uczynione de consensu ut asseritur serenissimi principis b. m. divi Casimiri regis, a przedłożył go dlatego, iż sigillum, quod appensum erat, sive vetustate sive casu quodam aut negligentia demolitum immo abruptum extitit. Transumpt ten króla Zygmunta, według zapisku na marginesie jego, wpisany został do ksiąg Metryki Litewskiej dnia 27. IV. r. 1632 staraniem ks. Bartłomieja Cieszyńskiego, kanclerza diecezjalnego (i proboszcza tej kaplicy). Zachował się ten transumpt pergaminowy w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej w stanie oplakany, potargany, z dużymi dziurami, zbrudzony i zatarty, tak że go w w. XVIII podklejono papierem i brakujące oraz wyblakłe miejsca uzupełniono i uwydatniono, prawdopodobnie z ekstraktu urzędowego z 24. XI. r. 1777, dokonanego z powyższej oblaty w księgach Metryki Litewskiej (ob. w następnym tomie pod r. 1536).

Przekł. polski tegoż transumtu króla Zygmunta zachował się w tenże Archiwum na arkuszu papierowym folio z w. XVII, również zniszczony, potargany i podklejony, na którego odwrociu pod odstającym przyklejeniem znajduje się nota z pol. w. XVII: a drugi na też kaplice w. (?) Cieszyńskiego w dacie 1496. Na marginesie ręką współczesną wzmianka: Confirmatie były: 1) Kazimierza króla, 2) Alexandra Xcia, 3) Sigismundi.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum salutaris doctrina beati apostoli nobis [commemoratur, quod] omnes stabimus ante tribunal Christi¹ recepturi pro meritis, prout gessimus in corpore, sive bonum sive malum. Oportet igitur nos diem venturi extremique iudicii misericordie operibus prevenire ac spe premiorum eterno[rum] seminare] in terris, quod prestante Domino cum fructu centuplo recolligemus in celis. Proinde ego Michael Gieszgalowicz² palatinus Vilmensis et magni ducatus Lituaniæ can-

296. ¹ Rzym. 14.10. ² Michał Kieżgajłowicz kanclerz WXL. 1446—58, namiestnik smoleński 1451—8 i wojewoda wileński 1458—76 (ob. o nim Semkowicz Wl., O litewskich rodach bojar-skich w Miesięczniku Herald. T. VII [1914] str. 9 oraz Boniecki A., Poczet rodbw WXL. str. 120).

cellarius, significo tenore presencium quibus expedit universis, [quod cupiens horrorem] mortis pietatis operibus prevenire et terrena in celestia transitoriaque in eterna felici commercio permutare, meeque et meorum predecessorum et successorum animarum salutis consulere ac in remedium meorum peccaminum co[n]struxi et fundare o[r]dinaui capellam³ ad laudem et honorem Nativitatis Gloriosissime Virginis Marie necnon beatorum Joannis Baptiste, Joannis evangeliste, Nicolai confessoris et sancti Michaelis archangeli in ecclesia cathedrali sancti Stanisla[*i*] in Vilna, quam] pro divino cultu in eadem exequendo et peragendo, de consensu et voluntate domini regis ac auctoritate sue serenitatis, litteris desuper ad id habitis et obtentis⁴, doto redditibus infrascriptis. Do igitur, adicio, incorporo, ap[*proprio*, confero] et donacione perpetua et irrecuperabili temporibus^a perpetuis et affuturis ascribo eedem capelle et rectori eiusdem pro tempore existenti et aliis qui inpost fuerint: Primo siquidem medium tributum mellis, quod proven[it ex Lutomla^b, videlic]et quadraginta pudos aut quantum ex possibilitate anni excrescat, et reliquum medium quadraginta p[*vd*y] cum hominibus de eadem Lutomla manebit circa curiam Zelesznychza⁶; item v[*st*aw] mellis de Ila⁷, quod mihi dominus rex do[n]avit; item curiam Bugeyszcziski^b in fluvio Berezina consistentem una cum tributariis dictis Heygaloviczy et tributo, videlicet quatuor tenas mellis alias v[*sz*aczczze et quatuor kule lipczv ab eisdem annis singulis provenientes, [necnon etiam cum] agricultura, terris, silvis, pratis et aliis universis et singulis obvencionibus ad dictam curiam quomodocumque spectantibus et pertinentibus, et quatuor homines serviles, videlicet Rymosz, Panko, Romeyko et Triczvs^c dicte curie ad[i]unctos^d, quam curiam cum dictis tributariis et hominibus ex donacione germane Milochne, de voluntate et consensu domini regis perpetue ascriptos, tenui et habui. Item pro habitacione capellarii^e seu rectoris dicte capelle domum [cum area et or]to fluvio Vigilia contiguam, ex opposito domus domini custodis sitam^f; ceterum ut rector seu capellarius eiusdem capelle nostris muniticenciis suffultus divino cultui operiosius valeat inherere, eidem capellario sive [rectori dec]imas omnis grani, videlicet hiemalis et annonis^g et eciam de o[r]tis, de] curiis meis Rakow⁹ et Spudvylysky¹⁰ post agriculturas annis singulis provenientes, quas eciam decimas nostris hominibus conducere et componere et e[ciam] tribulatas reducere tenebitur, eadem eciam damus, approp[riamus], incorporamus et ascribimus temporibus perpetuis valitur(as). Sed quia beneficium datur propter officium, ideo volumus, ut idem capellarius dicte capelle pro tempore existens et alii qui inpost fuerint in recompe[n]sam vicissitudinis salutaris in eadem capella per se vel per alium duas missas singulis dominicis, unam pro peccatis et aliam pro defunctis legere tenebuntur temporibus perpetuis, et pro me ac meorum progenitorum sal[ute] Dei Omnipotentis clemenciam exorabunt. Cuius capelle iuspatronatus ad me et meos successores legitimos dinoscere spectabitur.

296. ^a temporis Kop.

^b Bugeyszczysto Kop.

^c Ryimosz, Panto, Romeyto et Griczus Kop.

^d adiunctis Kop.

^e tak w Trans. i wszędsie ponitej

^f sittam Trans.

^g tak w Trans., może zamiast vernalis

296. ³ Jest to t. zw. kaplica kieżgajłowska w katedrze wileńskiej, o której czyt. ks. Kurczewskiego *J.*, *Kościół Zamkowy T. I str. 279.* ⁴ Taki dokument nie jest obecnie znany.

⁵ Miejscowości tej nazwy nie znaleziono.

⁶ Kilka osad tej nazwy występuje w Pińszczyźnie, lecz żadna z nich, zdaje się, nie wchodzi tu w rachubę.

⁷ Niewątpliwie Iłja

w pow. wilejskim (ob. objaśnienie wyżej str. 343 przyp. 4).

⁸ Osada tej nazwy, dziś

nieistniejąca, leżała, jak wynika z tekstu, nad rzeką Berezyną (niemeńską).

⁹ Raków, dziś

miasteczko w Wileńszczyźnie nad Isłoczą, na samej granicy ku Mińskowi.

¹⁰ Miejscowość nie-

odgadniona.

Ut igitur dicta capella vel nostra premissa donacio eiusdem capelle robur obtineat perpe[tue firmitatis, sigil]lum nostrum presentibus est appensum in fidem et testimonium premissorum. Datum Vilne, feria quinta ante festum beati Mathie apostoli proxima anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo s[exto. Presen]tibus reverendissimo in Christo patre necnon magnificis, venerabili et generosis dominis Joanne Dei gracia episcopo Vilnensi, Joanne Gieźgałowicz capitaneo Samogitiensi, Stanisłao Sanduogii magni ducatus Lituani[e marsalco, Andrea custode ec]clesie cathedralis Vilnensis, Ivasko Hyl- nycz capitaneo Drohicensi, et aliis quam pluribus fidedignis.

297.

Wilno, 29 lutego 1476.

Michał Kieźgałowicz wojewoda wileński i kanclerz W. Ks. Litewskiego wraz z bratem swym rodzonym Janem starostą żmudzkiem, kościół fundacji swoich przodków we wsi swej Dziewiałtów uposażają, nadając: dziesięciny wszelkiego ziarna z trzech swoich dworów, a mianowicie Dziewiałtowa, Miłaszun i Kongajliszek; na rzecz plebana cztery ziemie wraz z łakami imiennie przytoczone a będące w dzierżawie, oraz piątą, kupioną u brata ich Konrada; siedmiu koniuchów osiadłych z ich ziemiami i całą przynależnością, również imiennie przytoczonych; pięć pudów miodu z swoich dóbr Woydanya; sadzawkę na rzece Starej z jeziorem; wreszcie rektorowi tegoż kościoła dannaików we wsi Łatyholicze na Rusi ze swego żrebia.

Or. Archiwum Kurji Arcybiskupiej w Kownie. Dokument pergaminowy wcale dobrze zachowany, 52 X 23,5 + 6 cm., z inicjałem na marginesie do końca tekstu, inwokacja pismem wydłużonem. — Po dwóch pieczęciach pozostały jedynie nacięcia; nie było ich już w r. 1628. — Pod tekstem z lewej strony zapisek następujący: Roku Tysiąc sześćset czterdziestego dziewiątego miesiąca novembra osmego dnia. Jego Mość Xiądz Marcian Rolni Pleban Pleban (s) Dziewiałtowski Ten Fundusz Pismem Łacinskim Plebanii Dziewiałtowskiej Fundowanej do Acta podał; następuje podpis nieczytelny z dodatkiem inną ręką: Wilkomiriensis. — Na odwrociu zapiski: 1) Ecclesie in Dawylto[w] (zapisek współczesny); 2) R(egestra)ta (ręką nieco późniejszą); 3) zatarty i wyblakły zapisek z w. XVI, podający prawdopodobnie datę oblaty do aktów biskupich, przepisana ręką w. XVII: 1476; 4) poniżej ręką w. XVIII: Est in Actis Wilkom[ir.]; 5) z w. XVII: Fundusz in Dziewiałtów 1476; 6) z w. XVIII większemi literami: Roku 1476 Fundusz Kościoła Dziewiałtowskiego przez Michała Gieźgałowicza wojewody wileńskiego kanclerza W^o X^a Litt^o uczyniony (mniejszych literami:) y brata iego Jana Starosty Żmuydzkiego, którym nadaią temuż Kosciółowi Dziesięcinę z 3ch Dworow idque z Dziewiałtowa, Miłoszun, Kongayliszek; 5 Ziemi z Sianożęciami Nerewiersczyzna, Roszgotowa, Tyszkowa, Pampaczyna (s.) zwane y piątą od Brata Konrada przykupną bez uroczysza; 7miu Poddanych w Wiosce Krowpianach mieszkających z gruntami cett. z Dobr Woydaniow 5 Pudow miodu; wstęp do rzeki Stara zwaney; Jezero Wilnatyszki; Daninę z Dobr ruskich idque z Wioski Łatyholicze miodową, woskową.

Kop. Archiwum Kurji Arcybiskupiej w Kownie. Kilka luźnych kopij z w. XVII i późniejszych, niewątpliwie z okazji procesu o zwrot funduszu kościoła z rąk kolatorów wyznania kalwińskiego, o których podaje dokładną wiadomość ks. Przyalgowski W., Żywoty biskupów wil. T. II str. 96.

Wyd. K. Jablonskis, Seniausieji Deltuvos bažnyčios dokumentai w czasopiśmie „Praeities” T. II (1933) oraz w odbitce str. 1—3 (wydanie dość dobre z Or.).

Reg. Dzieje dobroczynności krajowej i zagranicznej R. I (Wilno 1820) str. 364 pod Gieszgalowicz (dokładny regest z Summarjusza funduszów i dokumentów kościołów diecezji wil. z r. 1797, znajdującego się niegdyś w Arch. Diecezjalnem Wil.). Według tego regestu wskazał tę fundację Michała Kieżgajłowicza ks. Jan Fijałek w Uchrześcijanieniu Litwy przez Polskę str. 130|1 w obszernym przypisie o Kieżgajlach i Dziewaltowie, zaznaczając że kościół w Dziewaltowie był jednym z pierwszych kościołów fundacji prywatnej; ob. także Baliński i Lipiński, Starożytna Polska T. III (Warszawa 1846) str. 272, gdzie jest wzmianka o fundacji obu braci z r. 1476.

Uw. Wiadomość o fundacji kościoła w Dziewaltowie w r. 1444 przez Kieżgajłów, a w szczególności że „podobno Michał Kieżgajło starosta żmudzki pierwszym był fundatorem”, podaje z nieznanego źródła ks. W. Przyalgowski, Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 49. Za Przyalgowskim przytoczył tę wiadomość ks. J. Fijałek w Uchrześcijanieniu Litwy l. c. Wiadomość ta znajduje potwierdzenie w niniejszym dokumencie, w którym Michał Kieżgajłowicz mówi o kościele dziewaltowskim jako o fundacji swoich przodków.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nil dignius, quam ut memoria | habeatur^a, oportunum igitur extat, ut actus^b hominum apicibus literarum et testium annotatione perhennentur. Proinde nos Michael Gyeszgalowycz pallatinus Vlnensis et magni ducatus Lythwanie cancellarius et Johannes eiusdem Gyeszgali capitaneus Samagitensis, fratres germani¹, significamus | universis quibus expedit presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: Quod accensi zelo singulari devocionis et tacti divino spiramine, quibus eclesiam et fabricam fundacionis nostrorum antecessorum in villa nostra Dawylthow² prosequimur et continuo prosequi volumus in futurum, cupientes eciam offensam districti iudicis^c, cuius benignam clemenciam nostris malis frequenter offendimus, operibus misericordie prevenire, predictam eclesiam seu fabricam de bonis temporalibus, quibus nos superne provisionis opulenta benignitas liberaliter ac multipliciter ampliavit, dotamus redditibus infrascriptis. Damus igitur, adicimus, incorporamus, appropriamus, conferimus et donacione perpetua et irrecuperabili temporibus perpetuis et affuturis ascribimus eedem^d eclesie tres decimas de omni grano, videlicet siliginis, tritici, ordeï, avene et ciceris alias griczychi ex tribus nostris curiis post allodia sive agriculturam in Dawylthow, Myloschvny³ et Congaylyszky⁴ provenientes; item pro predio sive agricultura pro curia plebani quatuor laneos seu terras una cum pratis, quas ante ea nostri homines nominibus hiis nu(n)cupati possidebant et tenebant: primo terram Nyewyerczyna, secundo terram Roszghowa, terciam Juszkowa, quartam Pampaczywa et quintam terram, quam apud dominum Conradum fratrem nostrum pro octo siclis emimus; item eciam homines septem equorum pabulatores alias conyvchi bene possessionatos cum terris ipsorum ad serviendum plebano dicte eclesie in Croppany⁴ villa situatos et hiis nominibus nu(n)cupatos: Pracvzs,

297. ^a Cum autem... habeantur Or. ^b actibus Or. ^c iudicii Or. ^d tak w Or.

297. ¹ O Michale Kieżgajłowiczu ob. objaśnienie wyżej na str. 318 przyp. 1. — Jan Kieżgajłowicz starosta żmudzki od 1451 i kasztelan wileński 1478—1485, był jego rodzonym bratem (Semkowicz Wl., O literwskich rodach bojarwskich w Miesięczniku Herald. T. VII [1914] str. 9 oraz Boniecki A., Poczet rodów WXL. str. 120). ² Dziewaltów ob. objaśnienie wyżej na str. 301 przyp. 1. ³ Miłaszuny, osada położona w pobliżu Dziewaltowa o milę na zach. od Wilkomierza. ⁴ Miejscowość nieodgadniona.

Maczvs, Yeythwyl, Jabvth, Nothkvs, Downar et Svnczam cum omni iure, dominio, proprietate, necnon laboribus, serviciis, contributionibus et generaliter cum universis obventionibus et proventibus, prout soli tenuimus, habuimus et possidebamus, nichil iuris aut domini pro nobis reservando; item de bonis nostris Woydanya quinque p v d y. de melle; item piscinam dictam Preykunow Prvth in fluvio Stara⁵ consistentem et lacum nu(n)cupatum Wyllyathyszky. Ceterum ut rector eiusdem ecclesie nostris munificenciis suffultus divino cultui valeat operiosius inherere, eedem ecclesie rectori tributarios in villa Lathyholycze⁶ in terris Russie consistentes, qui pro nostra sorte in ibidem sunt deputati, una cum tributo tam mellis, tam eciam mardurum et cere pro nostra tota parte et sorte ab eisdem tributariis annis singulis proveniente eciam donamus, appropriamus donacione perpetua et irrecuperabili perpetuis (temporibus) valituris. In cuius rei testimonium et maiorem evidenciam sigilla nostra presentibus duximus appendendum. Datum Vilne, feria quinta ante dominicam Invocavit anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, presentibus ibidem magnifico, venerabilibus et nobilibus dominis Stanislao Sandwogy magni ducatus Lythwanie marsalco et tenentario Grodecensi, Stanislao decano, Andrea custode ecclesie Vilmensis, Hannvsz thywno et Alberto protunc castri Vilmensis vicesgerente, et aliis quam pluribus fidedignis testibus circa premissa.

298.

Lebiedziów, 15 lipca 1476.

Aleksander książę Holszański, dziedzic Lebiedziowa, kościół w tejże swojej wsi założony i poświęcony ku czci Św. Trójcy, Wniebowzięcia NPM. oraz świętych Mikołaja, Aleksego i Zofji uposaża, nadając mu: trzech ludzi czynszowników przywiedzionych imiennie z określeniem ich czynszów; dziesięciu poddanych z ziemiemi również wymienionych; trzy grunty orne oraz trzy łąki; karczmę wolną w Lebiedziowie, zostawiając sobie drugą; dwóch służebnych podanych imiennie; wreszcie rektorowi tegoż kościoła dziesięciny wszelkiego zboża z dworów Lebiedziowa, Starzyn i Wysokiego, z dworów zaś w Hłusku, Dalkowicach i Świrnianach tylko z żyta i hreczki, zobowiązując tegoż rektora i jego następców do odprawiania osobiście lub przez innego księdza trzech mszy tygodniowo o zdrowie, za grzechy i za zmarłych; zastrzega sobie nadto i swoim potomkom prawo patronatu.

Or. brak.

Kop. 1. Lib. VI k. 68—69 N^o 49 (sic) z zapiskiem: Lectum Descriptum. — 2. Czart. k. 37'—38. — 3. Lib. Magn. k. 29'—30'. — 4. Luźna kopia z w. XVIII w Archiwum Kurji Arcybiskupiej w Kownie.

Reg. Ks. Przyalgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 62 (bez podania daty).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter^a humanae naturae commoda nil dignius, quam ut memoria habeatur, opportunum igitur extat, ut

297. ⁵ Dziś Stara, rzeczka wpadająca pod Wilkomierzem do Wilji. ⁶ Lathyholycze w pow. borysowskim nad rz. Essą (Jessa), wpadająca do jez. lepelskiego.

298. * autem w Kopjarzach

actus hominum apicibus literarum et testium annotatione perennentur. Proinde nos Alexander dux Olszanensis^b ¹ et haeres de Lebedziow^c significamus universis quibus expedit praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris: Quia accensi zelo singulari devotionis et tacti divino spiramine, quibus ecclesiam seu fabricam in villa mea Lebedziow² ad laudem et honorem sanctae et individuae Trinitatis et S. Mariae Assumptionis necnon et beatorum Nicolai, Alexii et S. Zophiae sitam, dotatam et dedicatam prosequimur et in futurum prosequi volumus, cupientes etiam offensam districti iudicis, cuius benignam clementiam nostris malis frequenter offendimus, operibus misericordiae praevenire, praedictam ecclesiam seu fabricam de bonis temporalibus, quibus nos supernae provisionis opulenta benignitas liberaliter ac multipliciter ampliavit, dotamus redditibus infrascriptis. Damus igitur, adicimus, incorporamus, appropriamus, conferimus et donatione perpetua et irrevocabili temporibus perpetuis et affuturis ascribimus eadem ecclesiae et rectori eiusdem pro tempore existenti et aliis qui in post fuerint: primo tributarios tres cum tributo ab ipsis annis singulis proveniente et etiam servitiis ipsorum, primum siquidem Cumilo, qui solvit duas tunnas mellis et unum pud szesczorny^d, duodecem grossos, tres denarios załosznego^e, unam tunnam alias becзка siliginis et cum unius pabulatione equi, secundum et tertium Didko, Hricz^f cum fratre germano Tymochphiey, qui solvit duas tunnas mellis et unum pud szesczorny, decem grossos, duos choros avenae et tres denarios załosznego^e; item praeter dictos tributarios decem homines bene possessionatos serviles cum terris ipsorum his nominibus nuncupatos: primum et secundum Malochphiey cum fratribus, qui duplici servitio serviunt et unam tunnam siliginis solvunt, tertium Lewy, quartum Andream Olszanin^g, quintum Ołowienik, sextum Hrycz una cum Josyp genero suo, septimum Sidor^h, octavum Cimoszowiczⁱ, nonum Andrzeicz et decimum Muszak Sidorzcz; item pro praedio sive agricultura eadem ecclesiae terras tres, videlicet Lewnowo^j primam, secundam Skoybułowo^k et tertiam Drohinlowo cum Ochmicza^l, prout longe, late et circumferentialiter in suis metis et graniciis^m sunt limitatae et distinctae; item prata, unum hieidem sub ecclesia in Lebedziow consistens, et alia duo in lutis inter caetera prata nostra consistentia; item tabernam liberam ibidem in Lebedziow et aliam pro nobis reservamus, et haec duae et non plures tam ex nostra parte, quam etiam plebani ibidem debent fore; itemⁿ duos famulos obnoxios, unum Moszycy cum uxore et pueris et alium dictum Czartekⁿ. Caeterum ut idem rector nostris munificentis suffultus divino cultui valeat operosius inhaerere, eidem rectori ecclesiae decimas post araturas curiarum nostrarum provenientes, videlicet de Lebedziow^c, Starzyny³ et Wysokie⁴ de omni grano, de curiis autem Hlu-

35 298. ^b Lib. VI poprawia na Olsnensis, tak też Czart. i Lib. M. ^c Lebedziow Lib. VI ^d szesczorny Czart. i Lib. M. ^e Lib. VI poprawia z zakosznego ^f Lib. VI poprawia na Hrycz, tak też Czart. i Lib. M. ^g Lib. VI poprawia na Olszchanin, Czart. i Lib. M. powtarza toż samo ^h Sydor Lib. VI i Lib. M. ⁱ Gmoszowicz Czart. ^j Lewnono Czart. ^k Lib. VI pierwotnie Skoybytowo ^l Lib. VI poprawia drugą ręką na Ginycza (raczej aniżeli Giryca), Czart. i Lib. M. Ginyca ^m w Lib. VI poprawione na greniciis tak
40 i Lib. M. ⁿ Czart. zamieszcza to zdanie poniżej przed Nihilominus

298. ¹ Aleksander ks. Holszański, ob. o nim Wolff J., *Kniaziowie lit.-ruscy str. 101.*
² Lebedziów, dziś miasteczko w pow. wilejskim o milę na zach. od Mołodeczna ³ Starzyn w tych stronach Litwy nie spotykamy; jest natomiast kilkanaście Starzynek, niewiadomo jednak, czy i z którą z nich można utożsamić Starzyny, występujące w niniejszym dokumencie. ⁴ Wysokie, dwór położony o milę na pld.-wsch. od Lebedziowa.

sko⁵, Dalkowicze⁶ et Swirniany⁷ tantummodo de siligine et gryczycha etiam damus, appropriamus donatione perpetua et irrecuperabili perpetuis temporibus valituris. Nihilominus tamen volumus et praesentibus decernimus, ut rector praedictae pro tempore existens ecclesiae et alii omnes qui in post fuerint, in recompensam vicissitudinis salutaris in eadem ecclesia ad altare quodcumque per se vel per alium presbyterum tres missas singulis dominicis⁸, unam pro sanitate, secundam pro peccatis et tertiam pro defunctis perpetuis temporibus pro nobis ac nostrorum successorum legitimorum animarum salute legere sint astricti. Cuius ecclesiae iurispatronatus ad nos et ad nostros successores legitimos pleno iure spectare dignoscetur. Ut igitur dicta nostra donatio robur obtineat perpetuae firmitatis, sigillum meum praesentibus est appensum in fidem et testimonium praemissorum. Actum et datum in Lebedziow, feria secunda ipso die Divisionis apostolorum anno Domini⁹ millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Praesentibus ibidem reverendissimo, magnifico, generosis et nobilibus dominis Joanne Dei gratia episcopo Vilnensi, Olechno Sudimontowicz regiae maiestatis subpincerna, Petro Szakowicz, Joanne Zabrzezinski^p, Abraam, Jacobo Vilnensis ecclesiae canonicis, et aliis quam pluribus fidedignis.

299.

Poznań, 17 października 1476.

Kazimierz (Fagiellończyk) król polski, wielki książę litewski i t. d., w odpowiedzi na prośbę Michała Kieżgajłowicza wojewody wileńskiego i kanclerza swego, zezwala siostrze jego Miłochnie (wdowie) Sienkowej Giedygöldowiczowej darować kanonikom kapituły katedralnej wileńskiej brzeg rzeki (Udranki) w pobliżu Radoszkowicz, naprzeciw brzegu kanoników, aby mogli sobie na tej rzece „zastawić staw“.

Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Papierowy, ćwiartka (1/2 folio), 20·8 × 18·7, lekko poplamiony, u dołu pod pieczęcią trochę naddarty, zresztą doskonale zachowany. — Pieczęć mniejsza litewska w czerwonym wosku, okrągła, średnicy 30 mm., w górnej części i z prawej (heraldycznie) strony wykruszona, przyciśnięta do dokumentu. — Na odwrocie zapiski: 1) na złożeniu zewnętrznym zapisek z w. XVI: Regis Casimiri ad Michaelem Kyezgal palatinum Vilnensem litterae consensus pro rippa ad stagnum circa Radoschkowycze; ręką w. XVII: Octobris 17. Indicta 9; 2) na złożeniu wewnętrznym zapisek z połowy w. XVIII ręką ks. Grudzińskiego: Konsens króla Kazimierza, ażeby panna Giezgailowna siostra wojewody wileńskiego mogła brzeg rzeki do Radoszkowicz dobr swoich należący, jako dobrom kapitulnym dla zastawienia jazow potrzebny y cale przyległy, teyze kapitule zapisać.

Uw. Indykt 9 w dacie niniejszego aktu może odpowiadać r. 1461 i 1476, z których to lat daje się tu pierwszeństwo drugiej dacie, a to ze względu na bezpośredni związek tego aktu z dokumentem Miłochny z dnia 15 czerwca r. 1477 (ob. Nr 302), jako wykonaniem zezwolenia królewskiego, tamże powołanego. Pewną trudność sprawia przy tej dacie miejsce wy-

298. ^o w Lib. VI dopisane inną ręką ^p Lib. VI poprawione na Zabrzezinski, tak i Czart.

298. ⁵ Illusk, miasteczko w pow. bobrujskim, nad rzeką Ptyczą, prawobrzeżnym dopływem Prypeci, na Białorusi Sowieckiej. ⁶ Dalkowicze, wieś w pow. borysowskim w połowie drogi między Dokszycami a Lohojskiem, tamże. ⁷ Swirnian nie znajdujemy w dostępnych słownikach i mapach; są jedynie Swirany (w Świeciańskim), tylko wątpliwe, czy można je identyfikować z Swirnianami. ⁸ Niedziela w znaczeniu tygodnia.

stawienia aktu, gdyż król Kazimierz nie był podówczas w Poznaniu; należy przeto przyjąć, że data aktu odnosi się do momentu spisania nie zaś do czynności, która nastąpiła widocznie wcześniej w Poznaniu, gdzie król mógł bawić w r. 1461, kiedy w jesieni przebywał w Wielkopolsce (ob. Długosz, *Hist. Pol. T. V str. 331*).

5 Kazimir Bożeju milostuju korol polskij, | welikij knjazь litowski i ruskij, knjaża pruskoe i żomoitskij i innych. | Woewodę wilenskomu panu Michailu Kezkhailowiczu, kanclerju naszomu¹, szto pisał | esi k nam ich tam iměnъ kapitulskoe blisko sestry twoe iměnъ blisko Radoszkewczy² i estь dei tak rzeka ino toe reki odin berehъ kapitulskoho iměnja a druhi berehъ pani Seminowoe Dedikholdowicz³. To pak dei kanowniki na toi recě chotjat staw zastawiti a pani Milochna pani Semkowaja choczet imъ zapisat berehъ swoi, szto k eđ iměnъju slusiti, ale dei ne choczetъ toho ucziniti bez nazoho prizwolenja. Inokoli ona choczetъ swoi berehъ zapisati kotoryżo kъ ee iměnъju slusit kъ cerkwi swjatemu Stanislawu kanownikom, ino my ei prizwoljaem ne dēi zapiszetъ, a kanowniki nechaj staw stawjatъ na toi recě. Pisan u Poznani, ok(tabrja) 15 indikt Φ.

300.

Rzym, 4 grudnia 1476.

Stanisław syn Piotra kapłan diecezji wileńskiej, komendarz kościoła parafjalnego w Ligelmye diec. miednickiej, zaocznym wyrokiem biskupa tejże diecezji (Bartłomieja Swirenkowicza) suspendowany jako winny zabójstwa sługi kościelnego, przedstawia szczegółowo przebieg zajścia, wykazując swoją niewinność, i uprasza papieża (Pawła II) o udzielenie absolucji, zwolnienie od nieprawidłowości i przywrócenie do urzędu i beneficjum kościelnego, co też uzyskuje.

25 Tekst supliki w Archiwum Watykańskiem, *Regesta Supplic. T. 737 k. 156—156'*; na lewym marginesie zapisek inną ręką: Absolutio cum dispensatione.

Beatissime Pater. Exponitur Sanctitati Vestre pro parte eiusdem Sanctitati Vestre devoti oratoris Stanislai Petri presbiteri Wilnensis diocesis, quod cum ipse in commenda quandam ecclesiam parrochiale in Ligelmye¹ Mednicensis diocesis habuisset et illam per aliquod temporis spacium rexisset, contigit quod die dominico, cum ipse orator fuisset ad convivium alibi invitatus, advenerunt eo aliunte^a quidam hospites, tandem domum rediens increpabat servum quendam nomine Messtranis, cur hospitibus non inserviret ipse ecclesie, prout in illis partibus consuetudinis existit, quod ecclesie propriis servis empticiis donate existunt; qui empticius illi oratori verbis superbis et iniuriosis respondens ait: ebrius es vel aliud simile, vadas dormitum. Exnunc ipse orator servum eundem 35 ramo seu fuste quatuor vicibus ad dorsum tetigit, servus autem animo ipsum oratorem

299. ¹ Ob. o nim wyżej na str. 348 przyp. 1. ² Radoszkowicze, ob. objaśnienie wyżej str. 212 przyp. 3. ³ Milochna wdowa po Piotrze Sienku (Siemionie) Giedygoldowiczu (Dedygoldowiczu), fundatorze kościoła w Radoszkowiczach (ob. o nich wyżej na str. 212 przyp. 1 i 229 przyp. 1; por. też Semkowicz Wł., *O litewskich rodach bojarских w Mies. Herald. T. V* 40 [1913] str. 186).

300. ^a tak w Reg.

300. ¹ Miejscowość nieodgadniona; może Ligumy w pow. szawelskim.

ledendi, securim arripiens, adversus eum cucurrit; orator arrepta et extracta securi servo manus sibi ligavit, et eum sic ligatum iacere permisit; tandem superveniens quidam Johannes minister ecclesie oratorem dormitum ire iussit et ligatum liberavit. Vigebat, Pater Sancte, in illis partibus protunc infirmitas sanguinis fluxus, a qua tamquam peste metuebantur, qua infirmitate idem servus ab unius mensis spacio detinebatur; cui servo die 5 tercio, antequam fuisset per ipsum oratorem verberatus, quidam alter servus empticius in alia terra cubitum brachii sinistri cum securi amputavit et tria vulnera in capite intulit, de quibus ipse orator penitus ignorabat; tertia die post videlicet martis orator ad quendam locum in factis propriis per sedecim leucas equitavit et quasi per mensem ibidem moratus est, eodem servo postea ambulante, bibente et comedente et facta sua 10 disponente; demum vero die veneris, que fuit sexta a die qua vulneratus per oratorem fuit, prefatus servus occubuit. Quidam autem ex emulis dicti oratoris ipsum ad episcopum Mednicensem detulerunt, et quatenus prefatum ecclesie servum interfecisset accusaverunt; (qui) quidem episcopus aliunde^a dicto oratore, eo nec citato nec vocato, quorundam depositionem testium in facto predicto recepit, que in ea sententia, ut premissum existit, 15 deposuerant, ipsum oratorem ab officio et divinis suspendit. Cum autem, Pater Sancte, credatur eundem servum magis ex vulneribus ab alio empticio sibi illatis et quam paciebatur infirmitate diem vite sue clausisse extremum, quam ab huiusmodi percussione, que fuit sine sanguinis effusione per oratorem facta; nichilominus ipse orator, eo quod per episcopum prefatum ab officio et divinis suspensus existit, conscientiam sibi aggravat, 20 quia bonarum mencium est timere culpam, ubi culpa minime reperitur. Quare pro parte dicti oratoris Sanctitati Vestre supplicatur humiliter, quatenus sibi specialem gratiam facientes, ipsum ab homicidii reatu, si quod premissorum occasione incurrerit, absolvere secumque super irregularitatis macula sive nota, si quam propterea incurrerit, ac missam et alia divina officia celebrare, quodque beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura 25 obtinere possit et valeat, misericorditer dispensare dignemini de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus eciam roboratis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, cum clausulis oportunis.

Concessum ut petitur in minoribus in presencia domini nostri pape. Jo. Vasu^m. 30

Et cum absolutione propter omnia (?) quantociens opus sit.

Et cum dispensatione ab irregularitatis macula sive nota.

Et quod veraciter specificatio premissorum fieri possit in litteris.

Concessum
Jo. Vasu^m.

Datum Rome apud sanctum Petrum, pridie nonas decembris anno sexto.

301.

Wilno, 1 stycznia 1477.

Jan biskup wileński w odpowiedzi landmistrzowi inflanckiemu donosi o przybyciu króla do Litwy, i że nie odmówi uregulowania granic Litwy z Inflanckami.

Kop. współczesna w Archiwum Państwowem w Królewcu. 40

Reg. 1. Napiersky C. E., Index corporis hist. diplom. Liv. Est. Cur. T. II (Ryga i Dorpat 1835) str. 59 nr 2104(1). — 2. Daniłowicz I., Skarbiec dipl. T. II str. 216 nr 1987. — 3. Lewicki A., Index actorum saec. XV str. 488 nr 4303.

302.

Kamień, 15 czerwca 1477.

Milochna wdowa po Sienku kasztelanie wileńskim prałatom i kanonikom kapituly wileńskiej nadaje swój brzeg rzeki Udranki, graniczący z Radoszkowiczami, na urządzenie stawu celem nawodnienia sąsiednich gruntów, zezwalając ze swej strony na zbudowanie młynów i wszelkich urządzeń melioracyjnych, a to za wolą i zgodą Kazimierza króla polskiego i w. ks. litewskiego.

Or. brak.

Kop. Lib. I k. XII—XIII z nagłówkiem: Privilegium domine Srzenkoua (sic) super ripam circa Radoszkowycze pro piscina i z zapiskiem na marginesie inną ręką w. XVI: Lectum.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ego Milochna felicis recordii magnifici domini Sienko^a castellani Vilmensis¹ consors legitima, significo tenore presencium universis quibus expedit presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: Quia pretendens salutem anime mee meorumque successorum, rippam penes et circa limites Radoschkowskye², confinam circa fluvium Wra³ dictum et eidem fluvio contiguam, pro obsistendo et parando stagno seu piscina tam longe lateque, prout aque inundacio ad excursum et recursum circumiectos alveos ac planicies associatos rigare et allinire^b ac terminos iuxta aggeris ipsius stagni exaltacionem dispaciata attingere poterit, venerabilibus et honorabilibus dominis prelati et canonicis sancti Stanislai sedis et capituli ecclesie Vilmensis presentibus et futuris dedi, concessi, donavi, assignavi, resignavi et incorporavi, presentibusque do, dono, proprio, incorporo et assigno atque irrevocabiliter perpetuoque et in evum, rite et racionabiliter resigno. In et circa cuius stagni aggerem supradicti domini prelati et canonici, tam ex dicta donacione et concessione mea, quam sue^c medietatis iure et proprietate, opcionem et libertatem construendi atque edificandi molendina et fer(r)imolas^d et quavis arte instrumenta pro usucapacione proventuum situandi, levandi et tollendi ac emolumentorum percipiendi et utifruendi perpetuis temporibus, ut predictum est, omnimodam habebunt facultatem, rathihabicionem, voluntate et consensu serenissimi principis et domini Casimiri Dei gracia regis Polonie, magni ducis Lythuanie, Russie, Prussie domini et heredis, domini mei graciousissimi, per dictos dominos prelatos et canonicos super premissis omnibus habito, iam de facto et inscriptis, expeditis et obtentis. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est subappensum. Actum et datum in curia mea Camyen, die dominico sancti Vitti festo anno Domini millesimo quadingentesimo septuagesimo septimo. Presentibus reverendissimo in Christo patre necnon honorabilibus generosis et nobilibus dominis Joanne Dei gracia episcopo Vilmensi, Alberto de Radoszkowycze, Joanne Lomza de Camyen plebanis, Nicolao Derslai de Swyrwo, Alberto Moszeczykowycz de Ywyenyecz, Joanne terrigena meo, Zeyliga, Nyecrasio, Joanne eiusdem domini episcopi marsalco, et aliis quam pluribus testibus fidedignis.

302. ^a Srenko w tekście ^b allimire w tekście ^c wyraz poprawiany ^d molendinos et ferrnolas w tekście

302. ¹ Sienko Gedygoldowicz ob. wyżej str. 212 Nr 187, przyp. 1. ² Ob. objaśnienie na str. 212 przyp. 3. ³ Zapewne to dawna a może popsuta nazwa dzisiejszej Udry (Udranki), rzeczki, płynącej w pobliżu Radoszkowicz i wpadającej do Wiazyńki.

303.

Zelwa Mała, 17 lipca 1477.

Iwaszko Ginejtowicz dziedzic Zelwy Małej założony w tej wsi swojej kościół p. w. Wniebowzięcia NPM., św. Krzyża i św. Jana Chrzciciela uposaża, nadając: dziesięciu ludzi osiadłych nad rzeką Zelwą w tej wsi, których przytacza imiennie; corocznie dwie beczki miodu z piwnicy swego dworu; kopę groszy ze skrzyni swej dla sługi kościelnego; na światło do kościoła jeden kamień wosku; dwie łaki, jedną na błocie Waszbuty, drugą nad rzeką Zelwą naprzeciw kościoła z gruntem i ogrodami; trzech służebnych na folwark plebański; pole z zagajnikami naprzeciw dworu; rządczom zaś kościoła dwie dziesięciny z dworów jego Zelwy i Naprzeswodna.

Or. brak.

Kop. Tyszk. k. 36'—37 nr 32.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter^a humane nature commoda nil dignius quam ut memoria habeatur^b, opportunum igitur extat, ut actus hominum apicibus literarum et testium annotatione perhennentur. Proinde ego Iwaszko Gnyeythowicz¹ heres de Minori Zelwa² significo universis quibus expedit presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: Quod accensus zelo singulari devocionis et tactus divino spiramine, necnon pretendens salutem anime mee et eciam meorum predecessorum et successorum, construxi, fundavi, ordinavi et dedicare disposui^c ecclesiam in dicta mea villa Zelwa in honorem Assumpcionis Beate Marie Virginis et sancte Crucis necnon et sancti Joannis Baptiste, quam pro cleri nutrimento meliori de bonis temporalibus, quibus me superne provisionis opulenta benignitas liberaliter ac multipiliciter ampliavit, doto redditibus infrascriptis. Do igitur, adiicio^d, incorporo, aproprio, confero et donacione perpetua et irrecuperabili temporibus perpetuis et affuturis presentibus ascribo: imprimis decem homines bene possessionatos in fluvio Zelwa et alias in dicta villa mea consistentes et nominibus hiis nuncupatos: primum siquidem Renba^d cum filiis tribus. et serviciis tribus, quartum Mykvlā Markowicz, quintum Ivanyecz Mykrazyn, sextum Ivan Nosthkowicz, septimum Nicolaum Lithvanum, octavum Parchwey, nonum Sthrok, decimum et ultimum Syenykowicz cum ipsorum legitimis successoribus necnon terris, mericis, prat's, serviciis, laboribus et universis obvencionibus, prout solus habui et tenui, nichil in eisdem iuris dominii pro se et meis successoribus penitus reservan(do); item de celario curie mee et eciam successorum annis singulis duas tenas mellis, quelibet tena per quinque pelles; item unam sexagenam grossorum de cista mea et meorum successorum pro ministro ecclesie; et pro luminibus ad ecclesiam unum lapidem cere; item pratum in luto Waszbvthy consistentes^e pro octo cumulis alias stogy; item aliud pratum incipiendo a molendino pop rutenico ex opposito fluvii Zelwa consistentes^e cum area et ortis tendencia usque ad plateam versus fluvium eundem et ecclesiam et curiam

303. ^a autem w tekście ^b habeantur w tekście ^c additio Tyszk., zob. dokument Nr 234 z 29. VI 1460, gdzie formularz ten sam ^d można czytać Reuba, bo u pisane tu zwykle jak n ^e consistentem w tekście

303. ¹ Może Ginejtowicz; byłby w tym razie zapewne synem występującego w polowie w. XV. Ginejta, może z rodu Zarębów (Semkowicz Wl., O bojarach litewskich w Roczniku Herald. T. VII str. 213). ² Ob. objaśnienie na str. 308 przyp. 2. ³ T. j. jeszcze przed konsekracją kościoła.

plebani; item duos famulos obnoxios cum uxoribus et tercium absque uxore, pro predio et agricultura curie plebani campum et cum mericis Naprzeswodney⁴ ex opposito curiole nostre consistente super sexaginta tunnas alias bo cz ky; ceterum ut rector eiusdem ecclesie pro tempore existens¹ meis munificenciis suffulti divino cultui valeant operiosius inherere, eidem rectori et aliis impost existentibus duas decimas post agriculturas curiarum me-
 5 arum dictarum Zelwa et in Naprzeswodna annis singulis provenientes eciam do, proprio donacione perpetua et irrecuperabili perpetuis temporibus valiturum. Harum quibus testimonio literarum sigillum meum presentibus est subappensum. Actum et datum in Minori Zelwa, feria quinta ipso die sancti Alexii confessoris anno Domini millesimo
 10 quadringe(n)tesimo septuagesimo septimo. Presentibus honorabilibus et nobilibus Laurencio et Joanne canonicis ecclesie Wynnensis, Mathia Gasztholthowicz, Stanislao Michalowicz, Michaelle, Joanne reverendissimi in Christo patris et domini Joannis episcopi Wynnensis curie marsalcis, et aliis testibus fidedignis circa premissa.

304.

Wilno, 25 listopada 1477.

(Jan) biskup wileński i (Michał Kieżgajłowicz) wojewoda wileński zapy-
 15 tują landmistrza inflanckiego, kiedy przybędą do nich jego wysłannicy.

Or. Archiwum Państwowe w Królewcu.

Reg. 1. Napiersky C. E., *Index corporis hist. diplom. Liv. Est. Cur. T. II str. 60*
 20 nr 2109. — 2. Daniłowicz I., *Skarbiec dipl. T. II str. 216 nr 1989*. — 3. Lewicki A., *Index actorum saec. XV str. 490 nr 4327*.



Pieczęć Jana Łosowicza biskupa wileńskiego.

305.

Wilno, 1 stycznia 1478.

Jan biskup wileński w odpowiedzi na poselstwo wielkiego mistrza Zakonu
 25 donosi, że w wypadku wypowiedzenia wojny przez Polaków Zakonowi panowie litewscy żadnych nieprzyjacielskich nie uczynią kroków i nie wyruszą na pomoc królowi polskiemu.

Or. Archiwum Państwowe w Królewcu.

Reg. 1. Voigt J., *Geschichte Preussens, T. IX (Królewiec 1839) str. 103 przyp. 3*. —
 30 2. Daniłowicz I., *Skarbiec diplom. T. II str. 216 nr 1990*. — 3. Lewicki A., *Index actorum str. 491 nr 4331*.

303. ¹ opuszczone widocznie wyrazy et eius successores

303. ⁴ Miejscowość nieodgadniona.

306.

(Mała) Wawiórka, 8 kwietnia 1478.

Zofja wdowa po Aleksym Dylu, dziedzicu Nowej (Małej) Wawiórki, wobec uproszonych świadków duchownych i świeckich, których wymienia, zapobiegając sporom wyniknąć mogącym po jej śmierci, w myśl woli zmarłego męża mocą testamentu zapisuje kościołowi i rektorowi jego w Nowej Wawiórcy, fundacji swego męża: dziesięciny w Grodziszczu, zbożową, ogrodową i z wszelkiego bydła; sadzawkę starą w temże Grodziszczu z młynarzem i ziemią tamże z łąkami; ziemie z łąkami na kilku miejscach; trzy karczmy w Grodziszczu; ludzi w różnych miejscach imiennie wyliczonych wraz z ich ziemiami i wszelkiemi przy- należnościami.

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej, odpis z w. XVI|XVII urzędowego wyciągu z aktów biskupich, dokonanego w r. 1561, w formie poszytu folio z 4 kart, gdzie ten akt jest podany na drugim miejscu z nagłówkiem: *Aliae litterae bezpośrednio po akcie z 22 listopada r. 1460 (ob. wyżej str. 268—70 Nr 237). — 2. Czart. k. 225—6 (z błędną datą 1578).*

In nomine Sanctae Trinitatis et individuae unitatis amen. Universis et singulis, ad quorum notitiam divenerit praesens scriptum^a, notum facio: quod^b ego Zophia re(licta pi)ae^c memoriae nobilis ac generosi Alexii alias Dyl¹ haereditis in Noua Wawerka², recolens dictum apostoli dicentis: »fratres^d non habemus hic civitatem manentem, praesentem patriam, sed futuram inquiramus^e«, ego enim hoc advertens, licet corpore infirma ac oppressa languoribus, sana tamen mente ac bene compos rationis, in praesentia honorabilium necnon^f nobilium ceterorumque virorum ad hoc vocatorum et specialiter deprecatorum, primo domino Joanne plebano protunc in Antiqua Wawerka⁴, domino Paulo plebano de Noua Wawerka et discretis domino Joanne et domino Mathia presbiteris, necnon nobili ac generoso domino^g Petro alias Hyndyło⁵ de ibidem et domino Stanislao de Gedrothy^h una cum domino Hywaszko¹ de Thekszyszky¹, omnimodo^k timens, ne post separationem animae a corpore dissensiones ac lites pro dominio rebusque omnimodis mei domini ac per me acquistis relictisque orientur, testamentum finale^l facio, cum tamen omnis caro subiecta est corruptioni. Inprimis igitur consensum ac ultimam voluntatem mei domini piae memoriae Dyl, testificans pro dote ecclesiae in ibidem suae foundationis legare volentis^m, in quibus omnibus eadem confirmando et dando perpetue pro salute animae piae memoriae ipsius et meae: primo inscriboⁿ decimam eidem^o ec-

306. ^a scriptum praesens Czart. ^b quia Czart. ^c nieczytelne wskutek plamy Kop. 1; sic dicta Czart. ^d brak w Czart. ^e inquirimus Czart. ^f ac Czart. ^g Hindilo Czart. ^h Giedroti Czart. ¹ Iwasko Czart. ¹ Heyszyszki Czart. ^k omnimode Czart. ^l simile Czart. ^m volentes Czart. ⁿ describo Kop. 1. ^o eiusdem Czart.

306. ¹ Występujące tu osoby należą niewątpliwie do rodu, dziedziczącego na Wielkiej czyli Starej Wawiórcy (ob. wyżej str. 282—6 Nr 247), jak świadczy powtarzający się tu i tam przydomek Dyl. ² Wawiórka Nowa czyli Mała leży tuż obok Wawiórki Starej czyli Wielkiej (ob. objaśnienie wyżej na str. 284 przyp. 2). ³ Por. list św. Pawła do Żydów 13:14. ⁴ Występuje w dokumencie dla Wielkiej Wawiórki, wydanym między r. 1463 a 1467 (ob. wyżej str. 286 Nr 247).

ciesiae rectorique eius existenti tunc pro tempore in Grodziszcze^{p 5} omnis frumenti et omnis grani ortorum^q de pecudibus et pecoribus omnium animalium domesticorum per me et meos legitimos^r successores dandam et solvendam^s perpetuis qui tunc fuerint ad praesens temporibus; item piscinam antiquam^d in Grodziszcze^p una cum molendina-
 5 tore nomine Nielubyecz cum terra, terram etiam super quadraginta tunnas alias bec zki una cum pratis ex utraque parte piscinae eiusdem in Grodziszcze^p adiacentibus; item circa Czeszutowicz campum super quinquaginta tunnas una cum prato unius styrtae^t; item terram prope ecclesiam super sexaginta tunnas; item pratum in Narkiszki super
 10 duas styrtas^u; item terram post fluvium alias Siethliscze^v super quindecim tunnas; item tres tabernas pro utilitate ecclesiae inibidem in Grodziszcze^p; item homines, primus Chodan circa Dzithwa^{w 6}, secundus Iwaniec alias Glomeczko^x, tertius Triczus^y, quartus Sagan^z, quintus Weyko^{aa} cum fratre suo, sextus^d Bielus, septimus Szimodzin^{bb}, octavus Monginowicz Jurgis, item circa Bielicza⁷ Gołginowczyna^{cc} hominem nomine Clusus^{dd}, item fabrum super Boboleszczyna^{ee}; omnes istos homines praedictos do cum
M. A. Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy pięknie zachowany, pergamin średniej grubości 54 × 32,5 + 7,5. — Po pieczęci pozostał tylko sznurek konopny. — Wiersze tekstu ponumerowane z lewej jego strony w wieku XIX, oczywiście przez 15 M. Herburta. — Pod tekstem A) zapiski kancelaryjne: 1) z prawej strony ręką pisarza Concordat; 2) obok na marginesie bocznym z prawej strony znak kancelaryjny w kształcie wydłużonego R; 3) z lewej strony pod zakładką Aug(ustus), obok na prawo pod samym tekstem ^{XXVIII} G. bonidies, niżej N. de Tongues; 4) na zakładce z prawej strony: pro B. de 20 Maffeis fert. 1, pro Consalio fert. 1, residui pro Ricardo (?); 5) poniżej ręką pisarza Sinolfus. Na odwrociu zapiski kancelaryjne: 1) na środkowym złożeniu: R(egestrata), w tej literze u góry tą samą ręką litera L; 2) u dołu zapisek zdaje się inną ręką de Restis pro A. de Petra; 3) niżej odwrócone inną ręką A. de Urbino; 4) na lewym dolnym złożeniu G. de la Fiera (?). B) zapiski archiwalne: 1) Bulla consecrationis et iuramenti 25 forma Andree episcopi Vilmensis (wiek. XVI); 2) poniżej powtórzone to samo w w. XVII z dolożeniem daty 1481, n^o 19. I; 3) nadto sygnatura N^o 6^o. (w. XVIII).

Reg. Ks. Przyalgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 64 (z Archiwum Diecezjalnego).

Sixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Andree electo Vilmensi, salutem 30 et apostolicam benedictionem. Cum nos hodie ecclesie | Vilmensi pastoris regimine destitute de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficiendo te illi | in episcopum et pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur¹, nos igitur ad ea, que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant, favorabi- 35 liter intendentes, tuis in hac parte supplicationibus | inclinati, tibi, ut a quocunque maueris catholico antistite gratiam et communionem apostolice Sedis habente, ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus aliis catholicis episcopis, similem gratiam et communionem habentibus, munus consecrationis recipere valeas ac eidem antistiti, ut recepto prius per eum nostro et Romane Ecclesie nomine a te fidelitatis debite solito 40 iuramento iuxta formam presentibus annotatam, munus predictum auctoritate nostra im-

317. ^b miejsce próżne na jeden wyraz

318. ¹ Bulla ta prowizyjna papieża Sykstusa IV nie jest znana.

pendere tibi possit, plenam et liberam concedimus earundem presentium tenore facultatem. Volumus autem et auctoritate predicta statuimus et decernimus, quod si, non recepto a te per ipsum episcopum dicto iuramento, idem antistes munus ipsum tibi impendere et tu illud suscipere presumpseritis, dictus antistes a pontificalis officii exercitio et tam ipse quam tu ab administratione tam spiritualium quam temporalium ecclesiarum nostrarum suspensi sitis eo ipso. Preterea volumus, quod formam huiusmodi a te tunc prestiti iuramenti nobis, de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas, per proprium nuntium quantocius destinare procures, quodque per hoc venerabili fratri nostro archiepiscopo Gnesnensi, cui prefata ecclesia metropolitico iure subesse dinoscitur, nullum imposterum preiudicium generetur. Forma autem iuramenti, quod prestabis, hec est: 5

•Ego Andreas electus Vilnensis ab hac hora inantea fidelis et oboediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane Ecclesie et domino nostro domino Sixto pape III suisque successoribus canonice intransibilibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto, ut vitam perdant aut membrum, seu capiantur, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore; consilium vero, quod michi credituri sunt, per se aut nuntios seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice Sedis in eundo vel redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura, honores, privilegia et auctoritatem Romane Ecclesie, domini nostri pape et successorum predictorum conservare, defendere, augere et promovere curabo; nec ero in consilio vel in facto seu in tractatu, in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum, iuris, honoris, status et potestatis eorum machinentur; et si talia a quibuscunque tractari novero vel procurari, impediam hoc pro posse et quantocitius potero commode, significabo eidem domino nostro vel alteri, per quem ad ipsius notitiam possit pervenire. Regulas sanctorum patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reservationes, provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo, et faciam ab aliis observari Hereticos, scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad sinodum veniam, nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romanam Curiam existente citra singulis bienniis, ultra vero montes singulis trienniis per me ipsum visitabo; et si post primam visitationem personaliter factam aliquo legitimo impedimento prepeditus personaliter venire non potero, per aliquem fidum nuntium de gremio mee Vlnensis ecclesie aut alium in dignitate constitutum seu alias personatum habentem et de statu ecclesie bene instructum, qui vice mea apostolico conspectui se presentare et de legitimo impedimento huiusmodi saltem per iuramentum legitimum fidem facere teneatur, id adimplebo. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo vel aliquomodo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee, inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei Evangelia.

Datum Rome apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, sexto kalendas septembris, pontificatus nostri anno undecimo. 40

319.

Rzym, 31 sierpnia 1481.

Papież Sykstus IV wikařuszowi generalnemu bernardynów prowincji polskiej (Marjanowi z Jeziorka) i przez niego delegowanym tegoż zakonu nadaje 45

władzę przyjmowania na łono Kościoła Greków, Rusinów, Wołochów, Ormian, wszystkich schyzmatyków i heretyków oraz innych niewiernych na Litwie, Żmudzi, Rusi, Wołoszczyźnie, w Scytji, Tartarji i we wszystkich ziemiach pogańskich według bulli florenckiej papieża Eugenjusza IV, tudzież rozgrzeszenia ich od wszelkich cenzur i kar kościelnych, dyspensowania ich duchownych od nieprawdowości i przywracania ich do urzędów, nadając im te same przywileje i łaski, jakie bracia tegoż zakonu w Ziemi Św. i Bośni byli otrzymali od poprzednich papieży.

Or. brak.

10 *Kop. 1. Biblioteca Nazionale w Florencji, rękopis II, III 256, zawierający Sixti IV Epistolae 1481—2 (t. j. minuty brewjów), k. 7—8. Na lewym marginesie tą samą ręką: L. Grifus, niżej inną ręką: Datur facultas fratribus infideles recipiendi ad unitatem fidei, absolventi etc. — 2. Transumpt w bulli pap. Innocentego VIII z 19 czerwca r. 1487 dla bernardynów prowincji polskiej »Ea que per predecessores nostros«, z opuszczeniem*
15 *tylko ustępu o bulli florenckiej (ob. niżej pod tą datą).*

Wyd. Wadding L., Annales Minorum T. XIV ed. 2-da str. 369 z uwagą: Ex Mon. Mss. Prov. Pol.

Reg. Jana z Komorowa Memoriale ord. Fratrum Minorum w Mon. Pol. Hist. T. V str. 230, gdzie czyta się: ...pater Marianus, finito capitulo generali, perrexit Romam et obtinuit a Sixto quarto binum breve pro reconciliandis et suscipiendis hereticis et scismaticis. In quibus etiam continetur, quod fratres Polonie in partibus scismaticorum et paganorum gaudent privilegiis Terre Sancte et Boznensium et concilium Florentinum de suscipiendis prefatis et baptismo Grecorum cum sigillo pape transsumserat, que privilegia in locis Littwanie et precipue in Vilna habentur (ob. nadto tamże str. 259/60).

25 *Vicario generali ordinis Minorum de observantia provincie Polonie.*

Dilecte fili. Salutem etc. Cupientes pro pastorali officio nostro barbaras omnes nationes et a christiana religione abhorrentes, relicto pravitate et infidelitatis errore, quem sectantur, ad fidei catholice unitatem converti, ac considerantes, quod tu et alii a te deputandi tui ordinis fratres hoc melius facere et sanctum hoc opus exequi poteritis, quo maiori ad id fueritis facultate suffulti, tenore presentium tibi et quibuscunque aliis idoneis personis a te deputandis ceterisque tui tantum ordinis et observantie, qui sponte inter infideles ire voluerint, necnon confessoribus inter scismaticos aut alios infideles constitutis, utputa in Lituania, Samogethia^a, Russia, Valachia, Scythia, in Tartaria ac in omnibus terris scismaticorum, paganorum et quorumcunque infidelium permanentibus
35 *facultatem damus recipiendi (ad) unitatem fidei sancteque Ecclesie gremium Grecos, Ruthenos, Valacchos, Armenos et omnes scismaticos, hereticos et apostatas aliosque infideles, et eosdem, postquam ad fidei unitatem iuxta formam litterarum per fe(licis) re(cordationis) Eugenium III papam, predecessorem nostrum, in concilio Florentino traditarum conversi erunt, absolventi ab omni vinculo excom(m)unicationis tam maioris quam minoris ac*
40 *suspensionis, interdicti aliisque censuris et penis ecclesiasticis, necnon a simonia et quocunque perpetrato homicidio ac ab omnibus aliis criminibus, excessibus et delictis, etiam si talia essent, per que Sedes apostolica merito veniret consulenda; preterea cum presbiteris clericisque omnibus id humiliter petentibus dispensandi super omni irregularitate, exceptis voluntario homicidio, bigamia et mutilatione membrorum; preterea etiam repen-*
45 *nendi et restituendi eos ad officia, beneficia, honores ac dignitates. Decernentes ac de-*

319. ^a Samogethia *Kop. 1*

clarantes, quod tam tu, quam alii fratres provincie Polonie in terris et dominiis prefatis existentes tui ordinis omnibus et singulis privilegiis, gratiis et indultis, per nos et predecessores nostros R(omanos) Pont(ifices) aut alias quomodolibet locis et fratribus ordinis Mi(norum) in Terra Sancta et in provincia Bosne concessis frui, uti et gaudere possitis et valeatis, ac si vobis specialiter et expresse concessa essent; eorum tenores et continentias, ac si de verbo ad verbum presentibus inserti essent, pro sufficienter expressis habendo, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Rome apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die ultima augusti 1481, anno XI^{mo}.

320.

Rzym, 31 sierpnia 1481.

Wydanie bull prekonizacyjnych biskupa wileńskiego Andrzeja z daty 27 sierpnia r. 1481 na ręce Piotra z Wilna kanonika wileńskiego, po uiszczeniu przez niego należnych kwot.

Zapisek w Archiwum Watykańskim, Oblig. et Solut. T. 84 A. (308) k. 74' z zapiskiem na lewym marginesie inną ręką: Vilnen(sis), a poniżej tą samą ręką: solvit; na prawym zaś marginesie: Cardinales XIII.

Reg. Abraham, Sprawozdanie (III) str. 33.

Die ultima augusti dominus Petrus de Vilna canonicus Vilnensis, ut principalis et privata persona, obtulit Camere apostolice et sacro Collegio reverendissimorum dominorum cardinalium nomine reverendi patris domini Andree electi Vilnensis, pro communi servitio dicte Vilnensis ecclesie, ratione perfectionis de persona ipsius electi ad ipsam ecclesiam Vilnensem auctoritate apostolica per bullas domini Sixti sub data VI^{to} kalendas septembris anno undecimo facte, florenos auri de camera quinquaginta, ad quos dicta ecclesia taxata referitur, et quinque minuta servitia consueta. Eorundem autem etc.

Dicta die bulle dicte ecclesie date fuerunt dicto domino Petro pro eo, quia docuit per cedulas depositarum solvisse eadem minuta et omnia alia iura debita etc.

321.

(Rzym), 3 września 1481.

Wykaz taks kancelarji apostolskiej za bulle prowizyjne Andrzeja biskupa wileńskiego.

Tekst w Archiwum Watykańskim, Archivio di Stato (Skarbowe), C. Miscell. Libri compositionum T. III (nowa sygnatura T. 1898) k. 98' z zapiskiem na lewym marginesie tą samą ręką: pro Electo Vilnensi i podpisem przy końcu spisu: Marinus.

Reg. Abraham, Sprawozdanie (II) str. 159.

Expense facte in bullis ecclesie Vilnensis pro domino Andrea electo.

In primis abbreviatori, qui fuit in turno	d. 2 gr. —
Alteri abbreviatori, qui propter infirmitatem turnalis expediit et pro minuta	d. 1 gr. —
Scriptori	d. 14 gr. 3

Abbreviatoribus de parco minori	d. — gr. 7
Concordanti	d. — gr. 1
In taxa abbreviatorum	d. 10 gr. —
Prothonotariis	d. 4 gr. —
5 Custodi	d. 3 gr. 3
Ostiario	d. — gr. 5
Famulo custodis pro cordula	d. — gr. 2
Pro altera cordula	d. — gr. 4
In plumbo	d. 9 gr. 2
10 Familiaribus	d. — gr. 5
Magistris	d. — gr. 7
In registro	d. 13 gr. 2
Registratori	d. 1 gr. 4
Pro minuta S. Collegii et minutis servitiis	d. 64 gr. 5
15 Pro obligatione	d. 1 gr. 1
Pro sollicitatore nihil.	

Die III septembris dominus Petrus canonicus Vilmensis sollicitator iuravit etc

322.

Wilno, 30 maja 1482.

20 Anna córka s. p. Jana Wiazowicza wojewody trockiego, a żona Piotra Janowicza z Iwia marszałka królewskiego i starosty braclawskiego, zapisuje kaplicy św. Trójcy w kościele (katedralnym) wileńskim, ufundowanej i uposażonej przez zmarłego jej wuja Stanisława Sędziwojowicza z Dziewaltowa wojewodę trockiego, który w niej leży, a mającej sześciu kapelanów: dwanaście kamieni
25 wosku corocznie na światło; na stałą fabrykę kaplicy oraz domu jej kapelanów ludzi do roboty zarówno z dóbr swoich jak i wielkoksiażących, poddając ich pod zupełną władzę biskupa.

Or. brak.

M. A. Kop. Lib. VI k. 131'—132 w transumpcie króla Zygmunta I z 28 czerwca r. 1535.

30 Reg. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 65.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Anna filia olim magnifici Joannis Wiazowicz¹ palatini Trocensis, consors vero magnifici domini Petri Janowicz de Iwie² marschalci et capitanei in Braclaw, significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris, harum notitiam habituris: Quod dum olim magnificus Stanislaus Sandziwoiewicz de Dauiltowo palatinus Trocensis³, avunculus noster
35 adhuc agens in humanis, volens bonorum suorum mobilium et immobilium quae possederat⁴ debitum ordinem facere, ut post mortem ex eis fructum animae suae consequen-

322. * pierwotnie possiderat

322. ¹ Iwaszko Wiażewicz namiestnik smoleński 1459—1466, a następnie wojewoda trocki
40 (ob. o nim Semkowicz Wł., O literowskich rodach bojarskich i t. d. w Mies. Herald. T. VI [1913] str. 189 oraz Wolff J., Senatorowie WXL. str. 50). ² Piotr Janowicz Montygierdowicz marszałek król. i namiestnik braclawski już w r. 1480 (ob. o nim Wolff J., Senatorowie str. 175).

³ Ob. o nim wyżej na str. 301 przyp. 2.

tur salutarem, salubri fretus deliberatione suos vero legitimos et indubitatos testamenti et ultimae voluntatis fidei commissarios fecit, constituit et ordinavit, videlicet serenissimum principem et dominum dominum Cazimirum Dei gratia regem Poloniae, magnum ducem Lituaniae, Russiae, Prussiae Samogitiaeque etc. dominum et heredem, et olim reverendissimum in Christo patrem dominum Joannem episcopum Vिल्nensem tunc vivum, qui quidem fidei commissarii volentes oneri eius credito et dicti Stanislai Sandziwoiewicz ultimae voluntati satisfacere, in capella Sanctae Trinitatis in ecclesia Vिल्nensi⁴ per dictum dominum Stanislaum testatorem a fundamentis erecta, versus meridiem sita et iacente, ubi etiam eius corpus humatum, nostro et consortis nostrae consensu accedente sex presbyteros seu capellanos perpetuo erexerunt et dotaverunt, prout in literis originalibus⁵ de super confectis plenius continetur. Ultra tamen illam dotationem pro capellae praefatae necessitatibus et ipsorum capellanorum sustentatione nos Anna praefata de certa nostra scientia et matura nostra deliberatione, freti nostrorum amicorum consilio, de bonis nostris, villis et possessionibus, quorum nomina volumus habere pro expressis, tanquam de verbo ad verbum fuissent hic descripta, in quae post mortem praefati olim domini Stanislai Sandziwoiewicz avunculi nostri successimus, pro dictae capellae luminibus tenebimur nos et nostri successores, huiusmodi bonorum possessores, duodecem lapides cerae purificatae librae Vिल्nensis quolibet festo Purificationis Beatae Mariae Virginis dare effective et in manus praedictorum capellanorum reponere perpetuis temporibus et in aevum Item tenebimur et obligabimur et successores nostri, possessores huiusmodi bonorum, quae^b in sortem nostram cesserunt, pro reformandis ruinis, structuris et aedificiis, toties quoties opus fuerit et necessarium, tam dictae capellae quam etiam domus ipsorum capellanorum homines nostros ad laborandum una cum hominibus serenissimi principis regis Poloniae et magni ducis Lituaniae, qui in sortem suae serenissimae maiestatis cesserunt, quorum etiam nomina volumus hic habere pro expressis, dare et necessaria pro huiusmodi reformationibus ministrare et impensis propriis ordinare. Quae omnia supra-scripta tenere, servare et implere promittimus et pollicemur perpetuo et in aevum; submittentibus sponte et libere nos et nostros successores bonorum huiusmodi quacunque ratione possessores futuros et incolas bonorum praedictorum ecclesiasticis censuris et poenis per lociordinarium Vिल्nensem ferendis usque ad sententiam interdicti inclusive, a quibus nec nobis nec successoribus nostris licebit appellare, cuius appellationis et omni iuris remedio exnunc renuntiamus pro nobis et successoribus nostris perpetuo et in aevum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est praesentibus subappensum. Actum et datum Vilnae, feria quinta ante festum Sanctae Trinitatis proxima anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo. Praesentibus reverendissimo in Christo patre domino Andrea episcopo, necnon magnificis et generosis Olechno Schudzimento-wicz palatino Vिल्nensi et magni ducatus Lituaniae cancellario, Nicolao Radziwilowicz tenentario in Smolensko et Petro Janowic curiae serenissimi principis domini Cazimiri regis Poloniae et magni ducis Lituaniae marschalco, marito nostro, et aliis fidedignis testibus ad praemissa.

Ausculata et diligenter collationata haec copia per me Leonardum Gregorii Vir-

322. ^b poprawione z qui

322. ⁴ Prawdopodobnie kaplica ta znajdowała się w ówczesnej katedrze na miejscu dzisiejszego wejścia od strony południowej. Kaplicę pod wezwaniem św. Trójcy, leżącą na tym samym miejscu, wskazuje ks. J. Kurczewski, *Kościół Zamkowy I str. 277.* ⁵ Przywilej tej fundacji, jeszcze za życia biskupa Jana Losowicza dokonanej, nie jest znany.

censti(?) clericum dioecesis Luceoriensis, sacra apostolica auctoritate notarium publicum, et concordat cum suo originali in toto et per omnia, de quo facio fidem hac manu mea propria.

323.

Rzym, 10 lipca 1482.

5 *Papież Sykstus IV do biskupa wileńskiego: ustanawia go wraz z arcybiskupem gnieźnieńskim i biskupem lubeckim wykonawcą bulli swojej, wzywającej biskupów sufraganów kościoła ryskiego oraz wielkiego mistrza wraz z całym Zakonem o danie pomocy przeciwko Bernardowi de Borch landmistrzowi inflanckiemu i przy oddaniu dóbr stołu biskupiego Stefanowi arcybiskupowi ryskiemu.*

Wyd. Theiner A., *Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II str. 217|8 nr 237 (ex Reg. Orig. An. XI. Bull. Tom. LXXV fol. 135)*. W zakończeniu bulli czyta się: Et nichilominus venerabilibus fratribus archiepiscopo Gnesnensi et Lubicensi ac Vlnensi episcopis per apostolica scripta mandamus, quatenus i t. d.

15 *Reg. 1. Napiersky C. E., Index corporis hist. diplom. Liv. Est. Cur. T. II str. 77 nr 2181 (w liście do arcybiskupa Stefana pod datą 14 lipca). — 2. Lewicki A., Index actorum saec. XV str. 501 nr 4420 (z datą 10 lipca) i 4422 (w liście do arcyb. Stefana z datą 14 lipca).*

324.

Upniki, 15 października 1482.

20 *Mikołaj Radziwiłłowicz dziedzic Upnik uposaża kościół, ufundowany tamże przez jego ś. p. rodzica, zapisując: dziesięcinę wszelkiego zboża z wyjątkiem owsa z dworów swoich w Upnikach i Biguszkach oraz dziesięcinę wszelkiego zboża i ogrodowizny ze Żnujdek i z dworu Szemye; osmiu ludzi do służby rządcy*
 25 *tegoż kościoła; pięć kóp groszy litewskich czynszu z karczem; dwie beczki chmielu z swego miasta Kiejdan na rzecz kościoła w Upnikach i jedną beczkę soli; dziesięć pudów miodu z dani w Dubinkach; rolę w Upnikach i cztery łaki; grosz co tydzień z jatek w Upnikach i dziesiątą rybę z jazu tamże; zobowiązuje do odprawiania mszy śpiewanej o Matce Boskiej co sobotę, a w poniedziałek*
 30 *za jego przodków, tudzież aniwersarzy w każde suchedni.*

Or. brak.

Kop. Tyszk. k. 3—3' nr 2 z nagłówkiem: Privilegium ecclesie in Vpnyky.

Reg. Ks. Mamerta Herburta szczegółowe streszczenie polskie w Cod. Czart. 3516 przy końcu tomu z mylną datą r. 1484 (z Kop. Tyszk.).

35 In nomine Domini amen. Cum nichil sit cercius morte et nichil incercius hora mortis, et unicuique iuxta opera sua eadem mensura, qua mensus fuerit, remecietur, proinde ego Nicolaus Radiułowicz¹ heres in Wpnyky² cum veris heredibus meis cupiens ipsam

30 324. ¹ Mikołaj Radziwiłłowicz syn Radziwiłła Ościkowicza, w latach 1482—6 namiestnik smoleński, 1488 kasztelan trocki, namiestnik nowogrodzki i bielski, w końcu 1491 wojewoda wileński i kanclerz litewski (ob. Boniecki A., *Poczet rodów w WXL*, str. 270). ² Upniki nad rzeką Świętą niedaleko jej ujścia do Wilji, 24 km. na pld.-zach. od Wilkomierza.

horam mortis prevenire piis operibus iudicisque universalis, qui modo mitis est, irrevocabili-
 ter (sententie) operibus misericordie obviare, meique et predecessorum meorum saluti con-
 sulere, quod tunc sane et indubitanter credo consequi, cum pro cultu divino et sacris edibus
 eorumque ministris manus extenderim adiutrices, considerans igitur ec(c)lesiam per genitorem
 meum dive memorie in Wpnyky fundatam, nondumque ratificatam sive donatam, ego Ni- 5
 colaus Radiuilowicz de novo do, dono, affirmo ascriboque ec(c)lesie me(e) prefate in Wpnyki:
 primo decimam de Wpnyky ex omni grano avena tantum excepta, secundam decimam de
 Szemoythky³ etiam de omni grano et de ortis nichil excipiendo, terciam decimam de
 Bygvszky⁴ etiam de omni grano excepta avena. quartam decimam de Szemye⁵ etiam de
 omni grano et de ortis, hec omnia in predictis quatuor curiis do, dono, affirmo et 10
 ascribo ec(c)lesie mee in Wpnyki; insuper ibidem in Wpnyky do, dono, affirmo ascribo-
 que ec(c)lesie prefate octo homines ad servicia rectoris eiusdem ec(c)lesie cum omnibus
 attinenciis ad servicia spectantibus; eciam do, dono, affirmo ascriboque ec(c)lesie prefate
 in Wpnyky quinque sexagenas grossorum censum sive com(m)unis pecunie in terra
 Littvanie cur(r)entis super tabernis; eciam do, dono, affirmo ascriboque ibidem de Key- 15
 dany⁶ de opido meo duas tunnas humuli pro ec(c)lesia prefata in Wpnyky et unam
 tunnam salis; eciam do, dono, affirmo ascriboque ec(c)lesie prefate in Wpnyky dacie
 mee in Dvbingi⁷ decem pudos mellis wlgariter dziesyencz pudow myodv; eciam
 do, dono, affirmo ascriboque ec(c)lesie prefate in Wpnyky terram super quatuor aratra
 wlgariter na czothiri sochi ad seminandum et quatuor prata super tres posiciones 20
 feni wlgariter na trzy sthirthi syana. Hec omnia suprascripta do, dono, affirmo
 ascriboque ecclesie prefate in Wpnyky perpetue et eviternae, volens etiam habere, ut pro
 sanitate mea genitorumque meorum quolibet sabativo die una missa de Beata Virgine
 cantabitur et qualibet feria secunda una missa pro animabus predecessorum meorum
 etiam cantabitur et quolibet quatuor tempore vigillie per rectorem eiusdem ec(c)lesie alta- 25
 ristamque meum ec(c)lesie ac ministros cantabuntur. Eciam do, dono, affirmo ascriboque
 ec(c)lesie prefate in Wpnyky qualibet septimana de maccellis unum grossum et decimam
 piscem de obstaculo meo ibidem in Wpnyky habito. Ut igitur hec omnia robur ac fir-
 mitatem donacionis, dacionis, affirmacionis ascripcionisque prefate ec(c)lesie in Wpnyky
 habeant, iussimus sigillo nostro appenso com(m)uniri. Anno Domini millesimo quadrin- 30
 gentesimo octuagesimo secundo. Datum Wylne, quintadecima die mensis octobris.

325.

Rzym, 7 listopada 1482.

*Papież Sykstus IV między innymi dostojnikami duchownymi i świeckimi
 w Koronie i na Litwie zwraca się i do Andrzeja biskupa wileńskiego z żąd- 35
 niem udzielenia poparcia ogłoszonej przez siebie bulli krzyżowej przeciwko Tur-
 kom, której egzekutorem był Bartłomiej z Camerino, domownik i komisarz papieski.*

Wyd. Theiner A., *Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae* T. II str. 219 nr 240
 (ex Reg. orig. An. XII Brev. Tom. II f. 232).

324. ³ Zmujdki, miasteczko w pow. wilkomierskim 15 km. na pn.-wsch. od Wilkomierza. 40
⁴ Biguszkki, wieś w pow. wilkomierskim nad jeziorem Olomsza, o milę na wsch. od Uszpora
 (nad rzeką Świętą). ⁵ Może Zemianka, dwór w par. Traszkuły w pow. wilkomierskim
 (Słown. Geogr. T. XIV str. 774), lub pobliskie Zemejtele w tymże powiecie (tamże). ⁶ Kiej-
 dany, miasto powiatowe nad rz. Niewiażą, dawna posiadłość Radziwiłłów. ⁷ Dubinki, dziś 45
 miasteczko w pow. wileńskim, nad jeziorem Oświe, 45 km. na pn. od Wilna.

326.

B. m., 1482.

Iwaszko Świrbłowicz franciszkańskiemu konwentowi NPM. na Piaskach w Wilnie sprzedaje łakę nad rzeką Kieną.

5 Or. Muzeum ks. Czartoryskich, Vol. X str. 46 nr 1214. Dokument pergaminowy, dobrze zachowany, 217 × 104 + 12. — Jeszcze w połowie w. XIX znajdował się on w Archiwum oo. franciszkanów w Wilnie (ob. Kop.). Po pieczęci przywieszanej nie-
 10 gdyś na sznurku z białego jedwabiu (ob. Kop.) pozostało jako ślad tylko nacięcie w pergaminie. — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu środkowem z wieku XVIII: N^o (numer wytarty), poniżej: Venditio prati circa fluvium Kiena Conventui Vilnensi a Domino Iwaszko Oziempłowicz Anno Domini 1482. N^o 3 ttio, niżej: Sub Litera A; 2) na złożeniu bocz-
 15 nem lewem: Od. 2, Fas. 1, N. 3; 3) na złożeniu boczem prawem: Ludovicus (nazwisko wytarte, została tylko końcówka ski) 10 junii A. D. 1879. Varsoviae.

Kop. Archiwum Główne w Warszawie, rpis Varia nr 71 k. 18 odpis z połowy
 15 w. XIX z dopiskiem: Z oryginału Archiwum OO. Franciszkanów wileńskich na pergaminie, pieczęć oderwana na sznurku jedwabiu białego.

Przekł. polski. Archiwum Kapituły Kat. Wileńskiej. Fascykuł kopij dokumentów franciszkańskich P. Marji w Wilnie w przekładzie polskim z w. XVIII na str. 8 nr 21
 20 z sygnaturą dokumentu: Sub litera AA. N^o 3 tio A. 1482. Wystawca w tym przekładzie nazywa się Iwaszko Oziempłowicz.

Reg. niedatowany nieści się jako 25 z kolei w ogólnem zatwierdzeniu darowizn i zapisów dóbr klasztoru franciszkańskiego NMP. w Wilnie przez króla Zygmunta I
 25 w Wilnie 5 grudnia 1522, przechowanym w oryginale w Bibliotece Polskiej Akademii Umiejętności (ob. o nim wyżej str. 37 Nr 22). Brzmi ten regest: Item literas Iwaszko Syerplowycz^a, quibus recognovit pratum circa fluvium Kyani sittum eidem conventui vendidisse.

Sub anno Domini M^oCCCC^o octogesimo secundo noverint singuli et universi, quod
 ego dominus ac nobilis Iwaszko Szwirplowicz¹, veniens ad conventum ad Sanctam Virgini-
 30 nem in Arena, existens sane mentis, vendidi pratum conventui Vilnensi circa fluvium Kena² coram testibus nobili domino Nicolao Dorgeuicz et coram ecciam carpentharo Bartholomeo serenissimi regis. Sub meo sigillo.

327.

Wilno, 30 czerwca 1483.

Stefan (Grube) arcybiskup ryski i Stolicy apostolskiej legat de latere na
 35 Prusy, Litwę i Inflanty udziela odpustu stu dni wszystkim pokutującym i spowiadającym się, którzy nawiedzą kościół NPM. franciszkanów w mieście Wilnie w święta NPM. (Nawiedzenia, Wniebowzięcia, Narodzenia i Zwiastowania) oraz św. Franciszka, przyczyniając się jałmużną na potrzeby tegoż kościoła, tudzież wezmą udział w wystawieniu i procesji z Najśw. Sakramentem ze świecą
 40 w rękę i odmówią ku czci męki Pańskiej pięć „Ojcze nasz“ i tyleż „Zdrowas“.

326. ^a Szyerplowicz Metr., Syerplowicz Trans. 1672

326. ¹ Niewątpliwie identyczny z Iwaszką Świrbkowiczem, który dnia 15 listopada 1471 nadał franciszkanom wileńskim ziemię nad rzeką Kieną (ob. wyżej str. 320 Nr 274), jako zmarły dnia 26 września 1483 (ob. niżej str. 385 Nr 329). ² Ob. objaśnienie wyżej na
 45 str. 38 przyp. 3.

M.A. Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy cienki nieco poplamiony, zresztą dobrze zachowany, $43,5 \times 27,5 + 8$ cm. — Inicjał wychodzi na margines, pierwszy wyraz wysoką frakturą. — Na sznurku jedwabnym amarantowej barwy wisi pieczęć oprawna współcześnie w drewnianą miseczkę, przez którą przewleczony sznurek; okrągła, średnicy 38 mm., pęknięta na dwoje, zresztą w całości dość dobrze dochowana, wyciśnięta w czerwonym wosku, wyobraża pod gotyckim podniebieniem siedzącą postać Matki Boskiej z koroną na głowie z dzieciątkiem Jezus na prawem ręku, u stóp tarcza herbowa czterodzielna: w pierwszym (prawym górnym) polu krzyż heraldyczny, w drugim i trzecim dwa pasy w słup, w czwartym pastorał i krzyż; w otoku napis minuskulą gotycką: **Steffanus + d. g. + sc̄e + riḡeñ + ecc̄l̄e + archiep̄ūs + ††**. — Na odwrociu zapiski: A) kancelaryjna: na złożeniu wewnętrznym R(egestrata), w literę tę wpisano u góry literę Z, u dołu ZM. B) archiwalne: 1) współczesny zapisek tamże: Indultum pro solennitate cum processione; 2) na złożeniu zewnętrznym z w. XVII: Indulgentia pro processione in festis Annuntiationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis B. M. Virginis, Sti Francisci. Pro conventu Vilnensi; 3) ręką w. XVIII: Manus adiutrices; 4) Nie należy do praw tu-tejszey prow. ruskiey ale do litewskiey ut patet ex suprainscripto (z przed r. 1819); 5) sygnatury: a) z w. XVII B. 13; b) z w. XIX na kartce przymocowanej szpilką: fasc. 1. 5.

Stephanus¹ miseracione divina alme Rigensis ecclesie archiepiscopus, necnon sancte Sedis apostolice cum potestate | legati de latere per Prussiam, Lituaniam Liunionamque etc. legatus, universis et singulis utriusque sexus christifidelibus salutem in Domino ! sem- piternam. Ineffabilia Gloriose Virginis Dei Genitricis Marie meritorum insignia devote consideracionis indagine perscrutantes et | intra nostre mentis archana revolventes, quod ipsa castissimo eius utero, prout nostri status exigebat necessitas. humane salutis auctorem protulit et apud eum, quem maternis lactavit uberibus, sedulas pro nostre fragilitatis expiratione preces effundit, dignum, quynymo pocius debitum reputamus, ut in honorem sui nominis dedicatas capellas et loca alia graciose remissionum prosequamur impendiis et indulgenciarum muneribus decoremus. Cupientes igitur, ut ecclesia Beate Marie Virginis conventus Fratrum Minorum Vilnensis civitatis in suis structuris et edificiis debitis reparetur, conservetur et manuteneatur ac libris, calicibus, luminariis et aliis ornamentis ecclesiasticis pro divino cultu magis decenter muniatur et a christifidelibus iugiter veneretur, co(n)gruis quoque frequentetur honoribus, et ut christifideles eo libencius causa devocionis confluant ad eandem et ad reparacionem, conservacionem, manutencionem et municionem huiusmodi prompcius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos: de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis christifidelibus prefatis vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam huiusmodi in Christifere Marie Virginis Visitacionis, Assumpcionis^a, Nativitatis, Annunciacionis et Sti Francisci festivitatum diebus a primis vesperis usque ad secundas vespervas inclusive devote visitaverint annuatim et ad premissa manus porrexerint adiutrices; et ut omnes utriusque sexus

327. ^a nad tym wyrazem jak i obok na marginesie lewym krzyżyk bliskoczesny, oznaczający wezwanie tegoż kościoła franciszkańskiego, którem rzeczywiście było Zwiastowanie NMP.

327. ¹ Stefan von Grube arcybiskup ryski, przedtem biskup w Troja (w Neapolitańskim), mianowany w r. 1479, przyszedł do Rygi dopiero 29 lipca 1483 i umarł rychło potem 21 grudnia tegoż roku (por. Napiersky C. E., Index corporis hist. dipl. Liv. Est. Cur. T. II str. 357). O pobycie jego na Litwie w sprawach granicznych między Zakonem a Litwą zob. Danilowicza I., Skarbiec dipl. T. II str. 221 nr 216 i 217 pod r. 1483, tudzież Lewickingo A., Index actorum saec. XV, pod tymże rokiem str. 503/4 nry 4436-4451.

christifideles ad huiusmodi gratiam et remissionem suscipiendam toto mentis affectu se
 preparare studeant, instituimus et volumus per presentes auctoritate nostre legacionis
 qua fungimur, quod hiis singulis diebus festivitatum predictarum venerabile sacramentum
 Eucharistie corporis et sanguinis Domini nostri Ihesu Christi, qui de hoc mundo transi-
 5 turus ad Patrem ad passionis sue et mortis memoriam carnem suam in cibum et san-
 gwinem suum in poculum exhibuit populo christiano, quo nos spiritualiter reficit, in
 quadam monstrancia, accensis candelis, cum processione, cantu ac debitis reverencia et
 honore de ciborio per circuitum ecclesie predictae honorifice portatur, exinde in altari
 usque ad finem misse ab omnibus christifidelibus adorandum collocatur, et post finem
 10 misse ad ciborium seu sanctuarium predictum ipsum gloriosum Sacramentum cum ma-
 gno honore reportatur, quicumque extunc circuitu huiusmodi interfuerint, candelam ac-
 censam in manibus portaverint ac ob reverenciam passionis Domini nostri Ihesu Christi
 quinque »Pater noster« et totidem »Ave Maria« devote oraverint, pro singulis festivita-
 tum earundem diebus, quibus hoc fecerint, centum dies de iniunctis eis poenitentiis
 15 misericorditer in Domino auctoritate predicta relaxamus, presentibus perpetuis futuris
 temporibus duraturis. Constitutionibus et consuetudinibus in contrarium facientibus non
 obstantibus quibuscumque. Datum in civita(te) Vylnensi, ultima die junii anno Domini
 millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio, pontificatus sanctissimi domini nostri
 domini Sixti divina providencia pape quarti anno duodecimo, nostro subappenso sigillo.
 20 *Pod zakładką z lewej strony własnoręcznie:* Ad mandatum reverendissimi domini
 archiepiscopi et legati venerabilis Thomas^b M...^c secretarius manu propria subscripsit.

328.

Rzym, 1 września 1483.

Marcin syn Jana kleryk diecezji wileńskiej uprasza papieża Sykstusa IV
 25 *o prowizję na kapelanję czyli altarję NMP. w kolegjacie św. Mikołaja w Ka-*
liszu, wakującej po śmierci Stanisława z Wielunia, której patronat należy do
rady miasta Kalisza, na co papież udziela swej zgody.

Kop. Archiwum Watykańskie, Reg. Supplicationum T. 821 k. 25 nr 2.

(*Ekscerpt:*) Supplicat... Martinus Johannes clericus Wilnensis diocesis, quatenus
 30 sibi... de capellania seu altari tituli Beate Marie Virginis in ecclesia S. Nicolai collegiata
 in civitate Calisch... Gnesnensis diocesis, cuius fructus etc. trium marcarum argenti non
 excedunt, per obitum... Stanislai de Wyelun... in Romana Curia defuncti, vacante, que
 de iure patronatus prefate civitatis Calisch proconsulis et consulum... existit, ... provi-
 dere... dignemini...

35 Concessum ut petitur.

Datum Rome apud S. Petrum, kalendis septembris anno XIII.

329.

Wilno, 26 września 1483.

Zofja inaczej Sońka, z polecenia swego zmarłego męża Iwaska Świrbłowi-
 40 *cza, za jego duszę i za swoją po swej śmierci oraz wszystkich przodków obojga,*

327. ^b Thomae w tekście ^c tak w tekście

zapisuje ojcom franciszkanom w Wilnie u NPM. na Piaskach dziesięcinę płodów z swego dworu Dubnik.

M. A. Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Dokument pergaminowy, cienki, małego formatu $17 \times 12 + 1,3$ cm. — Inwokacja grubą frakturą z inicjałem na wysokość całego tekstu. — Na pasku pergaminowym wisi pieczęć wyciśnięta w zwykłym wosku, okrągła, średnicy 21 mm., wyobraża jakoby twarz ludzką w profilu zwróconą w prawo, w otoku napis nieczytelny. — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu wierzchniem zapisek współczesny, wyblakły i w w. XVIII na nowo przeciągnięty: Littera super decimam de buyniky (sic); 2) na złożeniu spodniem z w. XVII: A^o 1483 Literae a Zofia pro curiola dicta Dubniki; także ręką podkreślona w tekście nazwa Dubniki i data roczna z dodatkiem na marginesie cyfry 1483; 3) sygnatury: a) A. 71 (jedynka niepewna) przekreślone (w. XVI); b) Sub N^o 27 (w. XVIII); c) N^o 65tto (w. XVIII); d) Sub littera Nn (w. XVIII); e) Od: 5 (poprawione z 4), Fas: 1, N: 16 (poprawione z 17) (początek w. XIX).

M. A. -Kop. Tamże transumpt króla Zygmunta III w Krakowie z czerwca 1595, dochowany w oryginale oraz w transumpcie Jana Kazimierza w Grodnie 20 lipca 1653, w obu z przekształconem imieniem Nobilis Zophiae alias Gonyka i pisownią nazw Szwirblowicz, Dubniki, Dubniky.

In nomine Domini amen Noverint universi et singuli presencium noticiam habituri, lecturi et auditori, quod ego nobilis Zophia alias Sonyka ea, que habui in co(m)-mis(s)o vivente nobili marito meo dicto Ywaschko Szwyrbłowycz¹ facere pro anima sua, et demum, me decedente de hoc ergastulo carnis, simul animabus nostris duximus equali animo, ut pro animabus nostris sit perpetua memoria et post vitam nostram merces ab Omnipotenti Deo collata in celis, videlicet asscribi decimam frugum de curia nostra dicta Dvbnyky² perpetuis temporibus duraturis fratribus ordinis Minorum Vylne ad Sanctam Mariam in Arena Domino famulantibus, similiter et pro animabus omnium nostrorum predecessorum. Ipsi vero fratres tam presentes quam futuri tenentur pro nostris animabus exorare Deum Omnipotentem temporibus eviternis. Datum et actum in conventu Vylne ad Beatam Virginem in Arena, sub anno Domini millesimo quadringentesimo octoagesimo tercio. Presentibus pluribus viris fidedignis, in cuius rei testimonium sigillum presentibus est subappensum. Fratres vero debent decantare duas missas in ebdomada, unam pro sanitate et aliam pro animabus demum nostris et pro animabus nostrorum predecessorum. Datum Vylne, anno Domini ut supra feria sexta in vigilia Translationis sancti Stanislai gloriosissimi martyris etc.

330.

(Rzym), 9 listopada 1483.

Papież Sykstus IV ustanawia szlachetnego Stanisława kanonika wileńskiego biskupem łuckim po śmierci Marcina.

Zapisek w Archiwum Watykańskim, Oblig. et Solut. T. 82 k. 116 (nowa folj. 144); na lewym marginesie tą samą ręką Luceorien.

Reg. Abraham, Sprawozdanie (III) str. 32.

Die VIII^a novembris idem sanctissimus dominus noster ad relacionem rev^{mi} domini Agriensis providit ecclesie Luceoriensi de persona reverendi patris domini Stanislai

329. ¹ Ob. o nim wyżej str. 383 Nr 326. ² Dubniki, wieś i dwór pod Wornianami, 41 km. na wsch. od Wilna.

canonici Vilnensis¹ de nobili genere procreati, vacanti per obitum domini Martini ultimi episcopi extra Romanam Curiam deffuncti etc.

331.

(Uszakowo), 1483.

5 *Radziwiłł Jadogowicz ufundowany przez siebie ołtarz w swoim kościele w Uszakowie uposaża na rzecz rządców tegoż ołtarza, nadając: ziemię, obejmującą cztery pola wyszczególnione wraz z łąką; dziesięciny wszelkiego zboża, bydła, drobiu i nabiału z dworu Narocz; ośmiu ludzi imiennie przytoczonych z ich roboczną i daninami szczegółowo określonymi; ze służby kobietę ze synem*
 10 *a po śmierci swej żony czworo służ; zobowiązuje plebana lub wikarego do odprawiania co tydzień dwóch mszy, jednej za zmarłych, drugiej o odpuszczenie grzechów.*

Or. brak.

Kop. Tyszk. k. 13'—14 nr 15 z nagłówkiem Wschakowo.

15 *Uw. Nadanie tegoż Radziwiłła Jadogowicza na kościół w Uszakowie z 13 stycznia 1460 ob. wyżej na str. 259 Nr 232 w ustępach 3 i 5. W tym to dokumencie występują jako nadawcy niektórzy przywiedzeni tutaj świadkowie.*

In nomine Domini (amen). Ad perpetuam rei memoriam. Cum nichil cercius morte
 20 et nichil incercius hora mortis, in qua unicuique eadem mensura, qua mensus fuerit, remecietur, proinde ego nobilis Radiuil Jadogowicz, predecessorum nostrorum successorumque salubrius saluti occur(r)ere cupiens et a Deo Omnipotenti mercedem consequi volens, altare in ecclesia dicta Wschakow¹ hereditatis et collacionis mee ad laudem et honorem Dei Omnipotentis erexi et fundavi. Volens autem, ut predictum altare certis donetur et dotetur stipendiis, rectoresque pro tempore existentes propriis gaudeant emolimentis quibus potiri valeant, et primo eidem altari et rectori eius pro tempore existenti do, in-
 25 scribo, assigno, attribuo, ap(p)roprio, incorporo et irrevocabiliter et perpetue ascribo terram ad decem boczkas et pratum w Maslyesyanyathacz^a ubi stabat p v n y a^b, primum agrum sive campum circa ec(c)lesiam iacentem ubi d v o r z e c z; secundum campum w Dvbrowach, tertium campum circa sosyienka; quartum campum penes curiam
 30 meam alias syedlysyczne una cum prato hactenus et hucusque, prout solus habui, tenui, possedi. Decimam vero in curia mea videlicet Norocz² eciam subscribo et do de omni grano, quod in terra seminatur, et de omnibus pecoribus et pecudibus et eciam perwerodne srzebye in duabus curiis, caseis, butiro, de pullis autem et de avibus quotcunque venari possunt. Deinde vero octo homines, videlicet villanos nominatim, primum Danyło Syemyenowicz ibidem cum ipso Bohdanyecz in Swyrany cum omni labore
 35 et proventibus et dominio et successoribus, prout solus habui et tenui, de melle pud; secundum nomine Stanislaum Alexeyovicz et legitimis ipsius cum proventibus, videlicet

330. ¹ Stanisław kanonik wileński (ob. X. Fijałek J., Uchrześcjanienie Litwy przez Polskę str. 166 przyp. 1).

40 331. ^a tak w tekście ^b glossa przytem na marginesie ręką ks. Herberta: gumno

331. ¹ Uszakowo ob. objaśnienie wyżej str. 258 przyp. 1. ² Narocz ob. objaśnienie str. 259 przyp. 5.

dwa besmyany mellis, dwe daklye siliginis, centum lini, tres grossos et laboribus; tertium Ankas cum omni labore et legitimis eorum; quartum Mylonowicz cum legitimis ipsius et proventibus, videlicet thry besmyany mellis, centum lini, dwe dzaklye siliginis, dimidium quintum grossum; quintum Lvpko cum legitimis ipsius, labore proventibusque tres grossos, dwe dzaklye siliginis, centum lini, thrzy besmyany mellis; sextum Hrycz cum legit(t)imis ipsius, labore et proventibus, videlicet quinque pudos mellis, centum lini, dwe dzaklye siliginis; septimum Nicolaum w Dochosyemyathach cum omni labore et servicio; octavum Oweczka cum legitimis ipsius, labore et servicio, nichil in eis reservando legitimis et successoribus meis. De familia obnoxia do et inscribo mulierem cum filio suo Lvkyriam; post decessum uxoris mee quatuor de patrimonio meo proprio. Ita tamen quod exinde et propter premissa qualibet septimana singulis annis per plebanum pro tempore existentem aut vicarium due misse legantur, una pro defunctis, alia pro peccatis. Coram testibus ad hoc vocatis: primum Andream fratrem germanum, nobilem Jacobum Raczovicz, honorabilem Mathiam plebanum in Danyschewo, duce[m] Domunth, Jacobum fratrem germanum de Swyr, nobilem Stanislaum Thrzyen, Joannem Jurgyowicz, et aliis quam pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum meum est presentibus appensum. Datum et actum in curia mea, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio.

332.

B. m., ok. 1483.

Marcin (II) biskup miednicki konsekruje kościół franciszkański NMP. w Wilnie na Piaskach.

Or. brak.

Uw. Że dokument tejże konsekracji przez biskupa żmudzkiego Marcina był wydany, należy wnosić ze wzmianki ks. Antoniego Grzybowskiego w dziełku »Skarb nieoszacowany OO. Franciszkanów Litewskich« wyd. I b. d. (1740) str. 134|5: »jest dokument, że (kościół ten) od Marcina biskupa miednickiego to jest żmudzkiego był konsekrowany, który był biskupem po roku 1421«. Trzech było biskupów miednickich imieniem Marcin w w. XV: 1) Marcin I w połowie w. XV, znany jedynie z Kojalowicza »Miscellanea rerum ad Statum Ecclesiasticum in M. L. D. pertinentium« (Wilno 1650) str. 84 a za nim ks. Wołtonczewski, Biskupstwo Żmudzkie str. 32 § 42; miał zasiadać na biskupstwie pół roku, zresztą o działalności jego nic niewiadomo; 2) Marcin II »ze Żmudzi« został biskupem 21 lutego 1483, zmarł przed 8 paźdz. 1492 (Eubel, Hierarchia Cath. T. II² str. 188); 3) Marcin III syn Jana z Wilna, bezpośredni jego następca w latach 1492—1515 (tamże) poprzednio archidiakon wileński od r. 1481 (ob. ks. Fijałek J., Uchrześcijanienie Litwy str. 164|5), znana wybitna osobistość w dziejach Litwy. Z uwagi, że w r. 1483 sypią się nadania na rzecz kościoła franciszkańskiego, wolno przypuszczać, iż spowodowane one były z okazji uroczystości konsekracyjnych.

333.

Wilno, 1483.

Aleksy inaczej Olechno Wołczkowicz wraz z żoną swą Barbarą O. Janowi wikarjuszowi i braciom konwentu franciszkańskiego NMP. w Wilnie, pole swoje nad rzeką Kieną częścią sprzedaje za półczwartą kopy groszy a częścią duro-

wuje, z obowiązkiem modłów o zdrowie swoje a po śmierci za duszę swoją i swoich drogich.

Or. brak; istniał on jeszcze w połowie w. XIX w Archiwum franciszkańskim w Wilnie, był na pergaminie »z pieczęcią na takiejże taśmie oderwaną« (ob. Kop.).

Kop. Archiwum Główne w Warszawie, rpis Varia nr 71 k. 20; odpis M. Malinowskiego z oryginału, zmodernizowany lecz z zaznaczeniem wymiaru poszczególnych wierszy.

Przekł. polski z drugiej połowy w. XVIII (ok. r. 1772) w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej w fascykułe kopij dokumentów franciszkańskich u N. P. Marji na Piaskach w Wilnie str. 1 nr 1 z sygnaturą dokumentu: Sub. lit. AA. N^o 5 to A^o 1483 z dopiskiem obok na marginesie inną współczesną ręką: Zapisano tym dokumentem pole nad rzeczeko Kijano.

Reg. w przywileju króla Zygmunta I w Wilnie dnia 5 grudnia 1522, zachowanym w oryginale (w Bibliotece Polskiej Akad. Umiej.), tudzież w jego transumptach z 20 lipca 1636, 3 lutego 1653 i 20 lipca 1672 (ob. wyżej str. 37 Nr 22). Regest ten brzmi następująco: (9) Alexius item Olechno Wolczkowycz^a recognoscit litteris suis campum suum penes fluvium Kyana^b iacentem, pro tribus sexagenis cum media eidem monasterio vendidisse perpetuo, reliquum donando pro salute anime sue.

In nomine Domini amen. Noverint universi et singuli praesentes literas inspecturi, lecturi | et audituri, quod ego nobilis Alexius alias Olechno Wolczkowycz una cum con-
 sorte | mea Barbara, una manu et intentione vendidimus campum nostrum legitimum
 patri Johanni | vicario una cum fratribus in conventu Sanctae Mariae Virginis Vilnae
 degentibus pro media quarta sexagena latorum grossorum, ita tamen: partem eiusdem
 campi vendens et partem pro sanitate nostra et demum pro animabus nostris nostro-
 rumque carorum ascribimus, damus et conferimus perpetuis temporibus duraturis. Qui
 quidem campus adiacet fluvio sic dicto Kyena¹, nihil iuris et proprietatis pro nobis ac
 nostris successoribus reservantes, sed quiete pacificeque possidendum et in usus suos
 beneplacitos patri vicario et fratribus protunc existentibus (prout) melius videbitur conver-
 tendum. In cuius rei testimonium sigillum meum praesentibus est appensum. Datum in
 conventu Fratrum Minorum Vilnae, anno millesimo quadringentesimo octoagesimo tertio.

334.

Wilno, 1483.

Bogdan Bytłłowicz O. Janowi wikarjuszowi konwentu franciszkańskiego NMP. w Wilnie łękę swoją nad rzeką Kieną częścią sprzedaje za jedną kopę groszy a częścią darowuje, z obowiązkiem modłów o zdrowie swoje i swoich drogich a po śmierci o zbawienie swoje.

Or. brak; znajdował się on jeszcze w połowie w. XIX w Archiwum franciszkanów wileńskich na pergaminie z pieczęcią oderwaną (ob. Kop.).

*Kop. Archiwum Główne w Warszawie, rpis Varia nr 71 k. 27 z uwagą przepisu-
 jącego ten akt, M. Malinowskiego: wyrazy opuszczone do wyczytania niepodobne, bo
 litery przez dawność zupełnie zanikły; niektóre jednak wyrazy później odczytał i uzupełnił.*

333. ^a Wolczkowicz Trans. 1636, Wolczkowicz Trans. 1653; Trans z r. 1672 ma z tego zapisku tylko siedm ostatnich wyrazów, poprzednie opuszczone ^b Kiana Trans.

333. ¹ Ob. objaśnienie wyżej na str. 38 przyp. 3.

Przekł. polski z drugiej połowy w. XVIII (ok. r. 1772) w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej w fascykule kopij dokumentów franciszkańskich na str. 8 nr 22 z sygnaturą dokumentu: Sub Litt. AA. № 4 to A. 1483.

Reg. w przywileju króla Zygmunta I w Wilnie dnia 5 grudnia 1522 (oryg. w Bibliotece Pol. Akad. Umiej.) oraz w jego transumptach (ob. wyżej str. 37 Nr 22). Regest ten brzmi: Item litteras Bogdan Bytholthowycz^a, quibus recognovit pratum suum penes Kyani situm pro una sexagena^b vendidisse, et reliquum eiusdem prati pro salute anime sue donasse predicto monasterio.

In nomine Domini amen. Noverint universi et | singuli praesentes literas inspecturi, lecturi et audituri, quod ego nobilis Bogdan Bytholthowicz vendidi patri Johanni ad Sanctam Mariam Virginem vicario pratum | meum situm penes Kyeny¹ pro una sexagena latorum grossorum temporibus aeviternis possidendam: partem videlicet eiusdem vendens et residuum pro sanitate mea meorumque carorum, item post vitam meam pro salute mea. Ideo quicumque ex meis consanguineis haec ausu temerario praesumpserit sive infringere sive convertere voluerit, extunc iram et indignationem ab altissimo Deo se noverit incursum. Haec autem facta sunt praesentibus circumspectis viris, videlicet Adamo tabernatore conventus, Lysterthano^c Kuzmycz, Stephano vyllano de Kyeny, et aliis pluribus viris fidedignis. Datum Vilnae in domo Adae ...^d ad portas cimoeterii Sanctae Virginis, sub anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio. In cuius rei evidens testimonium sigillum meum praesentibus est appensum.

335.

(Podrobiony).

B. m., 1483.

Jerzy inaczej Gotoltowicz ze swoją matką Ludmiłą i żoną Małgorzatą przy przyjęciu do bractwa franciszkańskiego w Wilnie u NMP. na Piaskach, zapisując siebie i wszystkich swoich następców, nakazuje oddawać tymże bractwom 10 beczek żyta, jednego wieprza i beczkę grochu corocznie ze swego dworu Wyrnow, z obowiązkiem śpiewania dwóch mszy co tydzień, jednej o odpuszczenie grzechów, drugiej za zmarłych.

Or. brak.

390. ¹ Jakób Hanuszowicz był synem Hanusza Dagirdowicza, który wraz z bratem swym rodzonym Chwiedkiem fundował i uposażył w r. 1481 kościół we wsi swej Widzach (ob. wyżej str. 372 Nr 315; o Hanuszowiczach por. nadto Boniecki A., Poczet rodów WXL. str. 70). ² Ejszyszki, miasto w pow. lidzkim, 39 km. na pn.-zach. od Lidy. ³ Ob. objaśnienie wyżej na str. 372 Nr 315 przyp. 2. ⁴ Pierszaje, dziś miasteczko koło Wołożyna w Mińszczyźnie 45 po polskiej stronie.

curias meas et bona mea videlicet Oszmena⁵ et Olyzarowskye^{r 6} necnon tributarios in Bozyn⁷, Zabozeuyczy⁸, Stepy et Jacynka⁸ sortem meam contingentes, cum omnibus ipsorum iuribus, dominiis, iudiciis, potestatibus, libertatibus, censibus, proventibus, contributionibus et universis obventionibus, cum omnibus graniciis limitibusque ita late, prout ea solus ipse tenui et habui longaque et ut ipsa in suis circumferenciis sunt distincta, prefato domino electo tenendum, habendum et possidendum. Ex quibus quidem curiis, bonis, tributariis prefatis omnia debita cum creditoribus meis per me contracta, que difusius in registro meo Ruthenico^t sunt deducta et specificata, memoratus dominus electus executor eisdem creditoribus meis legitime probata exolvit, factaque^u ipsis plenaria et totali solutione dicte curie Oszmenensis et Olyzarowskye necnon tributarii et bona prefata ad propinquos meos iure propinquitatis devoluentur; et si ipsas curias proxime predictas bonaque et tributarios dicti propinqui mei nollent ad dominum electum pro tempore devolvi, extunc in manus eiusdem solutionem illorum debitorum et sepulture mee ac familie, que mihi serviebat, expeditionem reponant. Quam sepulturam et familie expeditionem per ipsum dominum electum de eisdem curiis Oszmanensi et Olyzarowskye^v et tributariis preinsertis honorifice fieri mihi volo et lego. Ubi vero prefatum dominum non expedita executione testamentaria mea mori contingat, successori suo huiusmodi testamenti et ultime voluntatis mee^w executionem eo quidem modo ut domino electo committo, eumque de presenti executorem meum facio et eligo. Quod equidem testamentum meum seu ipsam ultimam voluntatem valere volo et tenere iure testamenti et si iure testamenti non valeret ratione obmissionis, pretericionis et alterius cuiuscumque solennitatis, volui et volo ipsam meam voluntatem ultimam valere iure codicillorum seu donacionis causa mortis aut inter vivos et tanquam iure ultime voluntatis, quo melius valere poterit, et tenere. In cuius rei testimonium sigillum meum est presentibus subappensum. Datum Vilne, feria quarta ante Stanislai de septembre proxima anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Presentibus ibidem venerabilibus, nobiles et circumspectis viris dominis Caspar preposito, Joanne de Thworkow^x officiali generali, Alberto de Buk^y, Bernardo de Vilna canonicis Vlnensibus ac discreto Joanne de Troki in ecclesia Vlnensi cathedrali et in Oszmana^z altaria, Joanne eiusdem prefati domini electi marsalco^{aa}, Jachno avvocato, Nicolao Dambrowey-ski^{bb} castrifice et Marco Goszewycz^{cc} consule Vlnensibus, necnon legali ac discreto Martino de Poznanya^{dd} Joannis clerico eiusdem diocesis^{ee}, sacris apostolica et imperiali auctoritate notario publico et coram memorato domino Alberto^{ff} electo Vlnensi causarum et actorum factique presentis scriba, ac aliis quam pluribus fidedignis ad hoc vocatis et rogatis.

390. ^r Olizarowskie Lib. II ^s Zabozeuyczy Lib. II ^t Ruthenico Lib. II ^u facta Lib. I

^v Oszań Olizarowicze Lib. II poprawia z Oszmena et Olizarowskie ^w brak w Lib. I ^x Tworków Lib. II

^y Bug Lib. II ^z Oszań Lib. II ^{aa} marschalco Lib. II ^{bb} Dambrowieyski Lib. II ^{cc} Goszewicz Lib. II ^{dd} Posnania Lib. II ^{ee} dioecesis Lib. II ^{ff} et dodaje Lib. I

40 390. ⁵ Czyżby Oszmianka Murowana (pod Oszmianą), która była we władaniu bojarskiem?
⁶ Miejscowość nieodgadniona; może Olizarowszczyzna, dobra w Nowogródzkim nad Serweczą pod Horodyszczem. ⁷ Może Bożyn w Ihumeńskim nad Berezyną (Dnieprową), tuż na pld. od miasta Berezyny. ⁸ Miejscowości nieodgadnione.

391.

Troki, 4 grudnia 1492.

Aleksander wielki książę litewski, z uwagi na liche uposażenie pierwotne kościoła parafjalnego swojego patronatu w Dorsuniszkach pod wezwaniem Wniebowzięcia NMP., św. Andrzeja apostoła i św. Gertrudy, przychylając się do prośby Mikołaja rektora tegoż kościoła, daje mu i jego następcom przywilej na karczmę wolną i dziesięcinę zbożową z pól dworu swego w Jeznie, należącego do Dorsuniszek.

Or. brak; istniał on jeszcze w r. 1898, lecz był w kilku miejscach podarty i papierem podklejony, pismo zaś bardzo wyblakło; znajdował się wówczas w Bibliotece Publ. w Wilnie (ob. Reg. 3), skąd w r. 1915 został wywieziony do Rosji.

Kop. 1. Lib. VI k. 230—230' w transumpcie króla Zygmunta III wydanym w Warszawie d. 25 lutego 1601. — 2. Czart. k. 46—46' w transumpcie j. w. — 3. Lib. Magn. k. 38—38' w transumpcie j. w. — 4 a. Rpis Bibl. Czart. nr 1775 (5718|19), Wizyta Brzostowskiego z r. 1716 str. 471—2 w transumpcie j. w. (z mylną datą 1661 wyrażoną słowami). — b. Tamże str. 499—500 w transumpcie j. w. (z mylną datą 161 sic) z nagłówkiem: Copia privilegii decimae Jeznensis et tabernae pro rectore eiusdem ecclesiae Dorsunensis. — c. Tamże str. 811—2 w transumpcie j. w. (z datą poprawną 1601) z nagłówkiem: Litterae privilegii pro decima ex curia Jeznensi ad ecclesiam Dorsuniscensem et pro taberna libera Dorsuniscensi. — d. Tamże str. 813—4 w transumpcie j. w.

Reg. 1. Ks. Kurczewski J., Biskupstwo Wileńskie str. 190|1. — 2. Ks. Fijałek J., Dorsuniszki, w Kwartalniku Historycznym T. 44 (1930) str. 338. — 3. Opisanije rukop. otd. Wilen. Publ. Bibl. Wypusk V str. 1.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Alexander Dei gratia magnus dux Lituaniae^a, Russiae Samogitiaeque dominus et haeres etc., significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis tam praesentibus quam futuris, harum notitiam habituris: Quomodo considerantes ecclesiam parochialem in Dorsuniszki^b 1 tituli Assumptionis Virginis Gloriosae dominae nostrae sanctique Andreae apostoli et S. Elizabeth^c iuris patronatus nostri ex prima sui fundatione quodammodo exiliter esse dotatam, ita quod rectores eiusdem pro sua conditione competentem^d victum et statum habere non possunt nec officia divini cultus debite exercere, pro tanto rector ecclesiae praefatae honorabilis Nicolaus humiliter supplicavit nobis, quatenus dignaremur eandem ecclesiam de nostra gratia liberarius dotare et amplificare. Nos vero pro ea reverentia, quam ad Sanctam^e Virginem et etiam ad sanctos patronos dictae ecclesiae habemus, pro incremento cultus divini sacrorumque officiorum in ipsa ecclesia iugi et assidua celebratione pro sanitate nostra et pro salute animarum praedecessorum nostrorum, ex nostra bona voluntate et etiam ad petitiones nostrorum consiliariorum, ad eandem ecclesiam rectori pro tempore existenti et suis (successoribus) rite intransibus in curia nostra nomine Dorsuniszki^b dedimus, concessimus damusque, concedimus et perpetuo inscribimus tabernam liberam statuendi et construendi in solo et area ecclesiastica censumque et omnes utilitates ex ipsa taberna provenientes pacifice et sine quovis impedimento reci-

391. ^a Litvaniae Czart. ^b Lib. VI pierwotnie Dorszuniski poprawia na Dorssuniski ^c Elisabeth Czart. ^d Lib. VI poprawia na kompetenti, jak ma Czart. ^e sanctissimam Czart. i Lib. M.

391. ¹ Ob. objaśnienie wyżej na str. 326 Nr 279 przyp. I.

piendi et in suos beneplacitos usus convertendi, prout ipsi rectori pro tempore existenti et successoribus utilius videbitur expedire. Damus insuper eidem ecclesiae et perpetuo inscribimus in curia nostra dicta Gezno², spectante ad Dorsuniscki^b, post culturas agrorum nostrorum et post novalia facta et fienda decimas tritici, siliginis, hordei et medicae in vulgari gryka. Idcirco^f tenentario, qui nunc est et qui postea erunt, eorum(que) vicesgerentibus mandamus in nostris firmis mandatis, quatenus id quod S. Ecclesiae Dei deputavimus et perpetuo ac in aevum ascripsimus, integre absque ulla exceptione et absque ulla difficultate suo tempore detis et extradatis. In quorum fidem et testimonium praesentibus literis sigillum nostrum est subappensum. Datum in Troki, feria tertia ipso die S. Barbarae anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo: Praesentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Alberto episcopo Vilenensi magnificisque^g generosis Petro Janowicz palatino Trocensi et marschalco terrestri magni ducatus nostri Lituaniae, Joanne Zabrzezinski castellano Trocensi et tenentario in Połocko, Stanislawo Janowicz capitaneo nostro Samogitiae, Stanislawo Kostiewicz^h tenentario in Cawno, Joanne Litaor, Gregorio Ostikowiczⁱ marschalcis nostris, et aliis quam plurimis^j curiensibus nostris, testibus circa praemissa. Datum per manus honorabilis Adae Jakubowicz de Kotra notarii in cancellaria, fidelis^k nostri^l dilecti. — Relatio magnifici Nicolai Rodwiłowicz palatini Vilenensis magni ducatus L. cancellarii.

392.

Łosk, 15 (bez miesiąca) 1492.

Kniahini Hanna Januszowa zapisuje ojcowiznę i dziedzinę swoją Łosk Piotrowi Janowiczowi wojewodzie trockiemu i marszałkowi ziemskiemu oraz dzieciom jego na wieczność, w zamian za co zobowiązał się dożywotnio nią opiekować, od krzywd jej bronić a po jej śmierci dbać o duszę, i jako dał wyprawę ze skarbu swego jej siostron, tak ma wyprawić siostrzenicę jej Marję, gdy będzie wychodziła zamąż.

Or. (ruski). Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Papierowy na ćwiartce większego formatu 21 X 24,4 cm, na zagięciach nieco popękany, zresztą dobrze zachowany. — Pod tekstem pieczęć wyciśnięta przez papier w czarnym wosku, okrągła, średnicy 25 mm, wyobraża w polu pieczęci znak w postaci jakoby dwóch haków łukami na zewnątrz odwróconych, w otoku napis ruski: + ПУТЬ КИГН ІАНШОВОИ. — Na odwrociu zapiski: 1) na złożeniu wierzchniem ręką bliskoczesną: ЛОСК НА ЛОСКО; 2) tamże u góry zapisek ręką w. XVII: List od x. Anny Januszowey zapisuie ymienie Łosk panu Piotrowi Janowiczoui wojewodzie Trockiemu pod datą w Łosku се є дня нудикта 1; 3) sygnatury (temiż samemi rękami co i na dokumencie z r. 1489): a) bliskoczesny: 2, b) Б (takaż sama nad tekstem u góry), c) B, d) 2, e) Łosk, Fascykuł 1. N. 2. Lit. A. (te ostatnie sygnatury z w. XVIII).

Reg. Semkowicz Wł., Łosk i wygaśnięcie Korybutowiczów w Roczniku Heraldycznym T. VII (1924[5]) str. 203.

391. ^f Lib. VI poprawia na iccirco, tak i Lib. M. ^g magnificis et Czart. i Lib. M. ^h Lib. VI poprawia na Kostyewicz, tak Czart. i Lib. M. ⁱ Ostykowicz Czart. i Lib. M. ^j pluribus Lib. M. ^k Lib. VI pierwotnie fideliter skraca na fid; fide Czart. i Lib. M. ^l nobis Czart.

391. ² Jezno, wieś w pow. trockim, położona 2 mile na pld. od Dorsuniszek.

Uw. Datę dokumentu podaną w formie indykcji 10 można ustalić na rok 1492 ze względu na związek jego z dwoma innymi datowanymi dokumentami, a to z daty 9 lipca 1489 i 30 maja 1493 (ob. pod temi datami).

+ Ja Hanna knjahini Januszowaja¹ zapisuju i polecaju i daju iměnъ swoe otciznu | i dēdinu Losko¹ so wsēmъ pro vse, tak kak esmi i sama derżala, panu Petru Janowiczu woewode Trockomu marszałku zěmskomu², węcne i neporuszne i dētem eho |. A pan Petrъ Janowicz zljubil mně do moiho żywota mnoju sja opekatsъ i ot kriwdъ boronitsъ, a po moem żywotě maet opekatis duszeju moeju, tak kak i matki swoe wlostnoe. A tom uczynila dljatoho, otciznu i dēdinu moju zapisala i polecala i dala panu Petru Januwiczu węcne, sztoż pan Petrasz Montikhirdowicz³ czynil lasku swoju nad sestrami moimi, dawal im wyprawu s skarbu swoeho perly, pějzami, szatami, konmi, czeljadju, inszimi rēczi. A pan Petrъ Janowicz maetъ wyprawu dati za sestricznoju moeju za knjaznoju Maręju⁴, koli ei Bohъ milyi obljublencza dastъ, za muž poiti uschoznet. A na to esmi i listъ moi dala za moeju peczatu. Pisan u Losku, Cε (15) denъ, indikt i (10).

393.

(Wilkomierz), 1492.

Władysław inaczej Włodko wraz z żoną swoją Elżbietą zapisuje ostatnią wolą altarzy ŚŚ. Mikołaja, Władysława, Katarzyny i Elżbiety w Wilkomierzu dworek Wolniki z całą przynależnością, sześciu ludźmi i dwojgiem służby, których przywodzi imiennie.

Or. brak.

Kop. 1. Lib. VI k. 280 z dopiskiem Descriptum. — 2. Czart. k. 47. — 3. Lib. Magn. k. 38^r—39.

In nomine Domini amen. Sub anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Ego Vladislaus alias Vlotko^a, existens animo sano licet corpore languens tamen ratione bona, sciens quod nihil certius morte et incertius hora mortis, in primis do et ascribo pro salute animae meae et parentum meorum, ut esset memoria perpetualis in Wilkomiria¹, ad altare primo et principaliter in honorem Dei Omnipotentis et Beatissimae Virginis Mariae, in honorem S. Nicolai, Vladislai, sanctae Catherinae^b, sanctae Elizabeth^c; ego Vladislaus alias Vlotko una cum consorte mea Elizabeth^c primo et principaliter lego curiolam Wolniki² cum terra et pratis, cum lacu suae partis, prata, rubeta, campum cum omnibus attinentiis, sex homines: primus Albertus cum sua terra et familia et cum omnibus suis attinentiis, secundus Petrus^d Mieleyszanis cum fratribus

392. ¹ Ob. objaśnienie wyżej na str. 420 Nr 361 przyp. 1. ² O Piotrze Janowiczu ob. Semkowicz Wl., Łosk i wygaśnięcie Korybutowiczów w Roczniku Heraldycznym T. VII (1924/5) str. 206. ³ Piotr Montygierdowicz marszałek nadworny Witolda, starosta nowogrodzki, kopylski, wreszcie marszałek ziemski litewski 1436—1452 (ob. o nim Semkowicz Wl., O litewskich rodach bojarskich w Roczniku Herald. T. V [1920] str. 56). ⁴ Marja córka kniazia Lwa Bujnickiego i Teodozji Fedorownej, żona Konrada Iwaszkowicza (ob. o niej Wolff J., Kniaziowie lit-ruscy str. 13).

393. ^a Vlotko Czart., Vlotko Lib. M. ^b Catherinae Lib. M. ^c Elisabeth Czart. ^d Pietrus Czart.

393. ¹ Ob. objaśnienie wyżej na str. 10 Nr 4 przyp. 1. ² Miejscowość nieodgadniona.

suis et cum omnibus suis attinentiis, tertius Notunin^o cum filiis suis, quartus Judrus cum filiis suis, quintus Stanelis^t cum filiis suis, sextus Szedejko cum filiis suis; item familia quae est in curia: primus Moniko cum pueris^e suis, secundus Likucis^h cum pueris et uxore sua. Et penes hoc fuerunt testes fidedigni: discretus Stanislaus vicarius in Wilkomirza^l, discretus^j Joannes in Wilkomierza^l, nobilis Stanislaus Jurgiewicz tenentarius in Wilkomiria, nobilis Andreas Rimowicz, nobilis Sorgołt^k Jurgiewicz, nobilis Bogusz Anuszowicz, Urbanus Woytkowicz decimam in Dziawitowo. Et qui voluerit hoc testamentum movere, ipse videbitur mecum coram Deo. Et penes hoc fuerunt quam plurimi testes fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum meum est appensum.

10

394.

B. m. i d. (Łosk, 1492/3).

Kniahini Anna Januszowa do wielkiego księcia (Aleksandra): donosi, że będąc w sędziwym wieku a mając jedynego opiekuna w osobie Piotra (Janowicza) wojewody trockiego, zapisała mu Łosk po swojej śmierci i prosi wielkiego księcia, aby go w posiadaniu tego majątku zachował, gdyż dziad Piotra a mąż jej Piotrasz (Montygirdowicz) wydał i wyposażył jej dwie siostry, wspomniany zaś Piotr opiekuje się jej siostrzenicą.

Or. (ruski). Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Papierowy, na dużej ćwiartce 21,5 × 22 cm, pozostały i na zagięciach zwłaszcza u dołu popekany i naddarty. Znak wodny w postaci Baranka Bożego z chorągiewką, zwróconego w lewo (heraldycznie). — Pod tekstem w środkowym złożeniu ślad przyciśniętej pieczęci okrągłej, średnicy 26 mm, z której pozostały tylko okruszyny wosku czarnego i zarys godła herbowego, odpowiadającego herbowi kniahini na pieczęci u listu z d. 15 (bez miesiąca) 1492 (ob. wyżej Nr 392). — Na odwrocie, na złożeniu wierzchniem zapiski temi samemi rękami, co w innych listach kniahini Anny: 1) z wieku XVII: List od Xiężny Anny Januszowej do Xiążecia Litewskiego Alexandra pisany, w którym prosi, aby pana Piotra Janowicza, którego naden przyrodzonego sobie nie miała po iey żywocie od imienia Łoska nieoddalał, (inną ręką) bez daty; 2) sygnatury: a) 4 (bliskoczesny), b) Г (taż sama sygnatura nad tekstem w lewym górnym rogu), c) 3, d) B, e) z w. XVIII: Łosk, Fascykuł 1. N^o 3. Lit. A.

Reg. Semkowicz Wł., Łosk i wygaśnięcie Korybutowiczów w Roczniku Heraldycznym T. VII (1924/5) str. 203.

Uw. Ze względu na związek tego listu z listami kniahini Anny Januszowej z dnia 15 (bez miesiąca) 1492 oraz z 30 maja 1493 (ob. pod temi datami), określa się tu w przybliżeniu ten niedatowany list na czas około r. 1492/3; w każdym razie pochodzi on z czasu po 20 lipca r. 1492 jako dacie wyboru Aleksandra na wielkiego księcia.

Ospodarju naszomu milostiwomu knjazju Aleksandru welikomu knjazju litowskiemu. Ja ubohaja wdowa knjahini | Januszowaja Anna¹ Twoej milosti ospodarju naszemu cze-
lom bju. Także milostywyj ospodarju ty|mi czasy wże esmi pri starosti, a szto milosty-
wyj Bohъ nad mnoju zmyslit, někomu sja moeju duszeju | peczalowat ne maju, žadnoho
40 priroženoho sobie lisze pana Petra woewody Trockoho², polecaju emu toe iměne Lo-

393. ^o Notuniri Csart. ^t Stanelus Csart. i Lib. M. ^e filiis Csart. i Lib. M. ^h Likucis Csart.

^l Wilkomierza Csart. ^j— brak w Csart. i Lib. M, natomiast te kopjarze dają na początku świadków: Janus

^k Sorgolt Csart. i Lib. M.

394. ¹ Ob. objaśnienie wyżej na str. 420 Nr 361 przyp. 1. ² Piotr Janowicz wo-
45 jewoda trocki (ob. o nim objaśnienie wyżej na str. 452 Nr 392 przyp. 2).

szeskъ¹ po moem žiwotě, a twoja milostъ milostiwjy ospodarju ne otdal eho ot toho iměnjja, azby on toe iměne mělъ po moem žiwotě, azby po moej duszi pamjatka byla, bo milostiwjy ospodarju pered tym, kak esmie byla za panom Petraszom za dědom eho, i pan Petrasz moich dvě sestře wydal za mužъ sъ swoich iměnej i swoich skarbów, a dlja toho iměnjja azbych toho iměnjja neotdalila ot eho detej. A teperъ milostiwjy ospodarju sestricznu maju pri sobě děwku, někomu sja eju peczalowat, tolko panu Petruž eju sja peczalowat o wsem. A twoja milostъ milostiwjy ospodarju dlja milostiwoho Boha w tem prozby toe neostaw, azby toe twoe milosti žalowane bylo do mene ubohoe siroty, a ja bohomolca twoe milosti ospodarja naszohō do moe smerti, bo niwkomu žadnoe naděj ne maju tylko w Bozej, w twoej milosti ospodari moem.

(Pod tekstem z prawej strony ręką pisarza:) Slużebnica twoe milosti knjahini Januszowaja Anna twoej milosti ospodarju naszemu czelom biet.

395.

B. m. i d. (Łosk. 1492/93).

Księżna Anna Januszowa do wielkiego księcia (Aleksandra): donosi, że zapisala Łosk po swojej śmierci krewnemu swemu, Piotrowi Janowiczowi wojewodzie trockiemu i prosi, aby mu tej majątności nie odebrał, przypominając wielkiemu księciu zobowiązanie opiekowania się nią i jej siostrzenicą.

Or. (ruski). Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. List papierowy na dużej ćwiartce, 20,8 × 24,5 cm, znak wodny jak na poprzednim akcie, na lewym marginesie w środku i u dołu na podpisie żółte plamy od wilgoci, zresztą dobrze zachowany. — Pierwotnie był zamknięty na złożeniu spodniem pieczęcią okrągłą, średnicy 26 mm, z czarnego wosku, po której pozostał tylko ślad w postaci plamy z wyraźnie odcisniętym paskiem, przewleczonym niegdyś przez dwa nacięcia, przechodzące na wskroś przez papier po obu stronach pieczęci. — Na złożeniu wierzchniem ręką pisarza adres: Г(о)снод(а)рю наш(о)мъ милостивомъ великомъ кн(а)зю литовьскомъ; pod adresem inną bliskocześnie ręką: на Лоско; poniżej tą samą ręką co wyżej zapisek z w. XVII: List od Księżny Anny Januszowej do Księcia litewskiego, oznajmujący iż panu Piotrowi Janowiczowi wojewodzie Trockiemu poleciła Łosk po swym żywocie, aby od niego oddalony oddalony (s) nie był, (inną ręką) bez daty; tamże sygnatury: a) 3 (pierwotna), b) tą samą ręką co wyżej B (taka sama sygnatura nad początkiem tekstu), c) B, d) 4, e) Łosk, Fascykuł 1. № 4. Lit. A. (z w. XVIII).

Reg. Semkowicz Wł., Łosk i wygaśnięcie Korybutowiczów (Rocznik Tow. Heraldycznego T. VII [1924/5] str. 203).

Uw. O dacie tego listu ob. uwagę przy poprzednim akcie.

+ Hospodarju naszomu milostiwomu, welikomu knjazju litowskomu.

Także milostiwyi ospodarju uzbjawljaju to twoej milosti ospodarju moemu, sztoż esmi polecila toe iměnje Losko¹, na ktoromże teperъ ja sama meszkaju, bliźnemu swemu panu Petru Janowiczu woewode trockomu² po moem žiwotě. A twoe milosti ospodarja swoeho proszu i czolom bju, twoja milostъ milostiwyi ospodarju ne otdal pana Petra ot toho iměnjja po moem žiwotě, ktoroeż esmi emu polecila pri swoem žiwotě, bo nebożczik pan moi a eho dědъ pan Petrъ Montihkirdowicz sestry moi wyprawjal

395. ¹ Ob. objaśnienie wyżej na str. 420 Nr 361 przyp. 1. ² Ob. o nim objaśnienie wyżej na str. 452 Nr 392 przyp. 2.

za muž sь swoiho skarbu hroszmi, perly, szatami, konmi, inszimi rěczmi dljaž toho iměnja, ažby toe iměnje ne otyszlo ot eho bliźnich, a nemaju w krowi bliźshego nikoho, tolko lisze eho milosti pana Petra. Bo pri moem žiwotě maet sja eho milost' mnoju peklowat, a po moem žiwotě maet sja eho milost' peklowat o duszi moei. A maju w sebe milostiwyi ospodarju sestricznu swoju wbohuju děwku, ino eju někomuž sja peczalowat, tolko ehož milosti sja i toju děwkiju peczalowat. On maet ee i za muž wyprawit, tak sja mi eho milost' sam podpisal. Proto milostiwyi ospodarju w tem twoja milost' moe prozby ne ostaw, na moju prozbu twoja milost' jako ospodap' moi wczini, a ja twoe milosti služebnica ospodarju swoemu nizko czolom bju.

10 (Pod tekstem z prawej strony ręką pisarza:) Služebnica namenszaja twoe milosti knjahini Januszowaja Anna³ nizko czolom biet.

396.

Wilno, 6 lutego 1493.

15 Aleksander wielki książę litewski zapisuje stolicy biskupiej wileńskiej jako dobro jej stołu na ręce biskupa Wojciecha dwór swój książęcy Pierszaje wraz z służbą jego, wszystkimi wsiami i ich mieszkańcami, powinnościami, dochodami i przynależnościami, z wyłączeniem jedynie bojarów i ziemian, mających służyć księciu i jego następcom.

20 M.A. Or. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej. Pergamin średniej grubości, 39 X 243 + 72 cm, wilgocią silnie zaciekły, wyżarty w kilku miejscach przez robactwo a w górnej części przez myszy. — Po pieczęci pozostał cały sznur, spleciony z jedwabiu wiśniowej barwy; pieczęci tej nie było już w r. 1830, według zapisku w katalogu Archiwum tejże kapituły na str. 19 w dziale Przywilejów (N. 3^o) pod pozycją 9: na pergaminie z sznurem karmazynowym od pieczęci. — Inwokacja większem pismem z inicjałem przez całą wysokość tekstu. Obok niego w środku marginesu lewego zapisek kancelaryjny współczesny: 25 litera M i tą samą ręką na zakładce z prawej strony w rogu wypisana data 1493. — Na odwrociu na złożeniu wierzchniem zapiski: 1) Privilegium super Per(schaye)... (reszta zupełnie wyblakła i nieczytelna); 2) poniżej zapisek z w. XVII: Donatio bonorum Pierszaie Alexandri Ducis Lit. ad episcopalis Vilmensis mensam A^o 1493; 3) na złożeniu spodniem ręką w. XVIII: 1mo Original daniny albo Przywileju na majątność Pierszaie danego, od JW. Imci Pana (poprawione z Xięcia) Alexandra S-tey pamięci Xiążęcia Litewskiego Imci Xiędzu Woyciechowi Biskupowi Wileńskiemu roku 1493 (niżej tą samą ręką) Pierszaie; 4) sygnatury: na złożeniu spodniem a) N^o 1mo A, poniżej inną ręką: 30 17, b) na złożeniu wierzchniem z w. XVII: Num. XVIII (przekreślone i poprawione na XVII) Num. I.

35 Kop. 1. Lib. I z k. XC—XCI z nagłówkiem: Privilegium super Perscheya. — 2. Lib. II str. 343—4 z nagłówkiem: Privilegium Alexandri ducis Lituaniae super curiam Pierszaie (poprawione na Pierscheia) Alberto episcopo Vilmensi oraz z zapiskiem Lectum Correctum (jest to odpis z Lib. I, skorygowany także w pisowni według oryginału). — 3. Lib. Magn. k. XI—XII z nagłówkiem jak Lib. II.

40 In nomine San[ct]e et individue Trinitatis^a amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos | Alexander Dei gracia mag[us] dux Lithuanie, Russie Semogithique^b dominus

895. ³ Ob. o niej wyżej na str. 420 Nr 361 przyp. 1.

896. ^a In nomine Domini Lib. I ^b Semogithique Lib. I

et heres etc., significamus tenore presencium quibus expedit universis | et singulis tam presentibus quam [futu]ris, harum noticiam habituris: Quia licet sedes^o episcopalis maioris ecclesie Vilmensis tituli sancti | Stanislai per antecessores [nostro]s magnos duces Lithuanie satis honorifice dotata sit, tamen quando^d de gracia Omnipotentis Dei in solum paternum et avitum super magnum ducatum Lithuanie feliciter successimus, dignum visum erat, ut tanti muneris grati ac memores, velud quasdam primicias Maximo Optimo Deo ac Intemerate Virgini eius Genitrici Marie domine nostre et beato Stanislao patrono cum Sanctis omnibus pye religioseque offerremus^o ad laudem sue sanctissime divine maiestatis, sacrosancte fidei catholice augmentum et in spem beatitudinis eterne, id in animo pre seque ferentes, predictae sedi episcopatus Vilmensi et antistiti sedis eiusdem pastorique moderno reverendo in Christo patri domino Alberto sincere nobis dilecto et successoribus ipsius rite intrantibus bona nostra ducalia curiam Perscheya¹ dedimus, donavimus, inscripsimus presentibusque damus, donamus et perpetuo inscribimus cum familia curie, cum agazonibus wlgariter konyvschky^e et omnibus villis earumque incolis, kmethonibus et laboribus ac serviciis iuxta consuetudinem terre Lithuanie, cum omnibus censibus, fructibus, daciis, proventibus, agris, prediis^h, horreis, campis, pratis^l, pascuis, silvis, borris, nemoribus, aucupacionibus, venacionibus castorum et quarumlibet ferarum, cum mellificiis mellisque, argenti et mardurum, si que sunt, ex antiquo tributis et tributariis, cum fluviis, lacubus, stagnis, piscaturis, molendinis ceterisque utilitatibus, que nunc sunt et que successu temporis bona provisione poterunt parari et augmentari, cum omni dominio et proprietate singulisque pertinenciis, ad ipsam curiam Perscheya¹ spectantibus ita longe, late et^l circumferencialiter, prout in suis metis et graniciis et terris villisque ex antiquo distincta est et limitata, nichil ibi iuris nobis aut successoribus nostris vel quibuscumque aliis reservan(do), exceptis boyaris et terrigenis, qui nobis et successoribus nostris servire tenebuntur. Alia vero omnia, prout superius descriptum est, sedes episcopatus Vilmensis pro mensa antistitis pro tempore existentis et successorum rite intrancium tenebit, habebit perpetuoque et in ewm possidebit. In cuius rei fidem ac testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Vilna, feria quarta ipso die sancte Dorothee virginis et martiris anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio. Presentibus magnificis et generosis Nicolao Roduilouicz^k palatino Vilmensi et cancellario nostro, Petro Janouicz^l palatino Trocensi et marschalco terrestri, Stanislao Janouicz^l capitaneo terre Semogithie^m, Alberto Iwaschkouiczⁿ, Johanne Littaor Chreptouicz^o, Alberto Kuczuk, Gregorio Ostikouicz^p marschalcis ac tenutariis nostris, ceterisque quam pluribus officialibus et curiensibus, testibus circa premissa. Datum per honorabilem Adam Jakubouicz^q de Cothra notarium nostrum, qui presencia habuit in commissis.

(*Inna ręką z prawej strony pod zakładką:*) Relacio magnifici Nicolai Roduilouicz palatini Vilmensis et magni (duca)tus Lithuanie cancellarii^r.

396. ^o sede Lib. I ^d quia Lib. I ^e oferimus Lib. I ^f w Lib. II pierwotnie napisane Pierszaie, później poprawione wedle Or. na Perscheya ^g Końyvszki Lib. I ^h pratis Lib. I ⁱ prediis Lib. I
^j w Lib. I brak ^k Radwylovicz Lib. I ^l Janowycz Lib. I ^m Semogittie Lib. I ⁿ Iwaschkowycz Lib. I
^o Lithaor Chreptowycz Lib. I ^p Osticowycz Lib. I ^q Jacobowycz Lib. I ^r Lib. I
niema tej relacji

396. ¹ Ob. objaśnienie wyżej na str. 448 Nr 390 przyp. 4.

397.

Berszty, 19 marca 1493.

Aleksander wielki książę litewski rektorowi kościoła parafjalnego w Merczu daje przywilej na własną karczmę wolną z obowiązkiem śpiewania mszy św. o NMP. co sobotę.

Or. brak.

Kop. 1. Biblioteka XX. Czartoryskich w Krakowie, dypl. nr 1230, w transumpcie króla Zygmunta III, wydanym na sejmie warszawskim d. 5 lipca r. 1593. — 2. Czart. k. 48 (prawdopodobnie z oryginału, gdyż nie ma wzmianki o transumpcie). — 3. Lib. Magn. k. 39 (jak Kop. 2).

Alexander Dei gratia magnus dux Lituaniae, Russiae Samogitiaequae dominus et haeres etc. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus praesentium tenore^a, quibus expedit universis et singulis tam praesentibus quam futuris, harum notitiam habituris, quia rectori ecclesiae parochialis in Mercz¹ admisimus in domo super area eiusdem ecclesiae aedificata vel aedificanda habere tabernam liberam, omnesque census et utilitates ex ipsa taberna provenientes damus et inscribimus pro plebano pro tempore existenti et pro successoribus exigendos et tollendos. Ratione cuius rector et plebanus pro tempore existens et etiam successores quolibet sabbato missam de Beatissima Virgine Maria celebrare et cantare tenebuntur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum in Berszty^b, feria tertia post dominicam Letare anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. — Ad mandatum domini magni ducis.

398.

Berszty, 20 marca 1493.

Aleksander wielki książę litewski oznajmia, iż powiadomiony od biskupa wileńskiego Wojciecha (Tabora) o niedostatecznym uposażeniu kościoła parafjalnego w Połonce pod wezwaniem ŚŚ. Piotra i Pawła oraz Ś. Jerzego, które zresztą nie było spisane w dokumencie, nadaje mu dziesięciny wszelkiego zboża i ogrodnictwa; plac na dom plebański z ogrodami, polem ornem i sianożęciami; wolną karczmę na ziemi kościelnej; sześciu kmięci imiennie przytoczonych i wreszcie z osobliwej swej łaski dodaje dwie kopy groszy szerokich z czynszu swoich karczem w Cyrynje.

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej, w odpisie z początku w. XVI na odwrotnej stronie wielkiego dokumentu pergaminowego kościoła w Połonce z r. 1502, w górnym złożeńiu. — 2. Lib. VI k. 305. — 3. Czart. k. 48—48^b. — 4. Lib. Magn. k. 40.

Reg. Ks. Przyalgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 79 (bez daty).

397. ^a tenore praesentium Czart. i Lib. M. ^b Berchti Czart. i Lib. M.

397. Ob. objaśnienie wyżej na str. 371 Nr 313 przyp. 1.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Allexander Dei gracia magnus dux Lythphanie^a, Russie Zemothieque^b dominus et heres^c, significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris: Qualiter intelleximus a reverendissimo^d in Christo patre domino Alberto episcopo Vilnensi sincere^e nobis dilecto, quod^f ec(c)lesia parochialis in Polonka tituli sanctorum^g Petri et Pauli et sancti^h Georgii martiris paucis admodum dotata sit, cuius quidem dotacionis, quamquam certa bona ec(c)lesia habuit, privilegium tamen non extabat; nos itaque pro laude Omnipotentis Dei et Sanctissime eiusqueⁱ Genitricis Glorioso Virginis Marie domine nostre, necnon pro incremento fidei katholice^j et salute animarum prefate ec(c)lesie in Polonka^k tituli dictorum sanctorum patronorum rectorique^l pro tempore existenti et successoribus ritte intransibus tenore presencium damus ac^mperpetuo inscribimus: In primis in predicta Polonka post omnes araturas curie decimas de omni etⁿ de quolibet grano et eciam et^o de ortis^p; item aream pro domo plebani cum ortis et campo pro agricollacione in fine pontis, eundo ab ec(c)lesia versus occidentem, ad quadraginta mensuras wlgariter dzyakla^q, et mericam cum pratis adiacentibus eidem, campo pro quinque acervis feni wlgariter stogy^r de pratis paratis et totidem de non paratis; item tabernam liberam in terra ec(c)lesie construendam et habendam, sic quod^s nulla alia taberna in dicta Polonka habeatur neque aliqua privata propinacio pro pecunia; preterea homines seu kmethones^t ex nomine Oszony cum Tharasz fratre, secundus Chanyecz Navmkovycz cum fratribus, tercius Ivanyecz Pyethuch^u, et agrum desolatum wlgariter pusthowczyszna^v, ubi sedebat Moysyey^w, cum pueris et successoribus ipsorum serviciisque et laboribus et contribucionibus, sicut fuit ex antiquo; preterea de speciali gracia nostra dicte ecclesie in Polonka et rectori pro tempore existenti ac successoribus addimus et ascribimus ex pensione et (ex)accione^x tabernarum nostrarum in Czyryn^y singulis annis duas sexagenas lattorum grossorum. Omnia itaque sic descripta et nominata ipsa ec(c)lesia in Polonka plebanusque pro tempore existens et successores tenebunt, habebunt et in perpetuo possidebunt. Harum quibus sigillum nostrum est impressum testimonio literarum. Datum in Berszthy^z, feria quarta post dominicam Letare anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio. Presentibus venerando^{aa} in Christo patre domino Alberto episcopo Vilnensi, magnificis et generosis Nicolao Rodvylovicz pallatino Vilnensi, Petro Janovycz pallatino Troczensi, Stanislaio Janovycz capitaneo Zemothiensi, Joanne Lythaor, Alberto Kuczyk marszalczys^{bb} nostris, testibusque^{cc} officialibus et curiensibus nostris circa premissa. — Ad mandatum^{dd} magni ducis.


398. ^a Litvaniae Csart., Lituaniae Lib. M. ^b Samogitiaequae Csart. i Lib. M. ^c etc. dodaje Lib. M. ^d reverendo Csart. i Lib. M. ^e sincere Lib. M. ^f quia Csart. i Lib. M. ^g apostolorum 35 dodaja Csart. i Lib. M. ^h dwa razy powtarza te dwa wyrazy Lib. M. ⁱ eius Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^j catholicae Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^k Polonka stale Csart. i Lib. M. ^l rectori Csart. i Lib. M. ^m et Csart. i Lib. M. ⁿ Lib. VI, Csart. i Lib. M. opuszczaja te trzy wyrazy. ^o brak w Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^p hortis Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^q Diakla Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^r Stohi poprawione z Stogi w Lib. VI, Stohy Csart. i Lib. M. ^s sicque Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^t kmetones Lib. VI, Csart. 40 i Lib. M. ^u Oszon cum Taras... Chaniecz Naumkowicz... Iwaniecz Pietuch Lib. VI, Oszon Csart. i Lib. M. ^v pustowczyzna Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^w Moysyey Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^x exaccione Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^y Cirin Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^z Berszthy Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^{aa} Reverendo Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^{bb} pallatinus Vilmensio Kop. 1, Rodwilowicz palatino... Janowicz palatino Troczensi, Stanislaio Janowicz capitaneo Samogitiensi, Joanne Litaor, Alberto Kuczuk marszalcis Lib. VI, Csart. 45 i Lib. M. ^{cc} caeterisque Lib. VI, Csart. i Lib. M. ^{dd} Lib. VI, Csart. i Lib. M. dodaja domini

398. ¹ Cyryn, miasteczko w pow. nowogrodzkim nad rz. Serweczem, 30 km. na pd.-wsch, od Nowogrodka.

399.

Wilno na zamku, 13 kwietnia 1493.

Aleksander wielki książę litewski zapisuje kantorji kościoła katedralnego w Wilnie dwie kopy groszy szerokich z czynszu swoich karczem, co rok na 5 święta Bożego Narodzenia pobierać się mających.

Or. znajdował się w Archiwum Kap. Kat. Wileńskiej jeszcze w r. 1641 (a może nawet w r. 1715); wspomina go Spisanie przywilejów kapituly z r. 1641 (na k. 1^a poz. 7) jako niewielki, na pergaminie po łacinie pisany, z pieczęcią zawieszoną pod datą r. 1493 sub signo ; spisanie z r. 1715 znaku tego nie przywodzi.

10 *Kop. 1. Lib. I k. LXXXVIII z nagłówkiem: Census duarum sexagenarum pro cantore chori ex thabernis i z zapiskiem Lectum. — 2. Lib. III str. 79 nr 35.*

Allexander Dei gracia magnus dux Lythuanie^a, Russie Semogittieque dominus et heres etc., dedimus et perpetuo inscripsimus super cantoriam ecclesie cathedralis Vilnensis sancti Stanislai duas sexagenas latorum grossorum de exactione thabernarum 15 ibidem in Vilna. Quas quidem duas sexagenas procurator et exactor huiusmodi pensionis nostre tabernarie et alii postea futuri singulis annis et perpetuis temporibus pro festo Nativitatis Domini Cristi cantori predictae^b ecclesie sancti Stanislai, quicumque pro tempore exstiterit, sine quavis dilacione et excusacione dare et solvere tenebuntur ac debent. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum in 20 castro nostro Vilnensi, sabbato^c Conductus Pasce anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio. — Relacio^d magnifici Nicolai Radziwilowicz^e palatini Vilnensis et magni ducatus Littuaniae cancellarii.

400.

(Podrobiony).

Wilno, 14 kwietnia 1493.

25 Aleksander wielki książę litewski kościołowi parafjalnemu w mieście swoim Goniądzu pod wezwaniem Wniebowzięcia NMP., św. Jana Chrzciciela i św. Agnieszki panny, założonemu przez dziada swego Witolda w. księcia litewskiego, po zamianowaniu rządcą tegoż księdza Marcina, zatwierdza uposażenie i szczegółowo je określa, a mianowicie wieś Krzeczkową z dokładnem 30 wyznaczeniem jej granic, jakoteż wszelakie dziesięciny i opłaty w mieście i w całej parafji, ponadto nadaje wspomnianemu rządcy tegoż kościoła i następcom jego cztery danie miodu z dystryktu goniądzkiego.

Or. brak.

35 *Kop. 1. Lib. VI k. 328'—329' z zapiskiem Lectum Descriptum, w transumpcie króla Zygmunta III z d. 12 marca r. 1618. — 2. Csart. k. 41'—2, w transumpcie jak wyżej. — 3. Lib. Magn. k. 33—4, w transumpcie jak wyżej.*

Reg. 1. Ks. Przyalgowski W., Żywoty biskupów wileńskich T. I str. 96. — 2. Ks. Kurczewski F., Biskupstwo Wileńskie str. 238.

40 399. ^a Lithuaniae Lib. III ^b praedicto Lib. III ^c sabbatho Lib. III ^d Pasce Lib. I
^e relacja ta tylko w Lib. III ^f Radziwilowicz Lib. III

Uw. Przywilej niniejszy nie jest autentyczny. Świadczą przeciwko niemu, poza późnym przekazem jego tekstu, dopiero z w. XVII, zbyt drobnostkowe oznaczenie uposażenia kościoła a w szczególności jego plebana, niedbala a nawet niegramatyczna redakcja (brak orzeczenia w pierwszej połowie dokumentu) i notorycznie fałszywa datacja (1484).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum humana opera in se sint^a labilia et memoria hominum, quae labilis est et caduca, evanescent^b, necesse est, ut literarum apicibus et testimonio fidedignorum roborentur. Proinde nos Alexander Dei gratia magnus dux Lituaniae^c, Russiae Samogitiaeque dominus et haeres etc., huius mundi fragilitatem perpenderit^d, volentesque^e terrena^o in aeterna felici commertio commutare salutique nostrae providere, sperantes in Domino post huius vitae occasum ad aeternam vitam pervenire, ecclesiam parochialem in oppido nostro Goniądz^{f 1} in honorem Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae, sancti Joannis Baptistae et Agnetis sanctae virginis patronorum, per praeclarum et illustrem principem dominum Vitoldum pie memoriae, avum nostrum, magnum ducem Lituaniae^c, praedecessorem nostrum, erectam, fundatam et aedificatam, ad quam nos venerabilem virum dominum Martinum elegimus nominamusque et praesentamus^g regendam^h, tenendam et possidendam, eidemqueⁱ ecclesiae dictae erectae, fundatae et aedificatae ab antiquis, praefatoque domino Martino rectori eiusdem suisque successoribus legitimis pro dotatione eiusdem ecclesiae villam nuncupatam Krzeczkowo² in longum et latum a limitibus Szpakowo³ circa fluvium Nereszla^{k 4} sitam, a rivulo^l Kownatka^m dicta ex utraque parte fluvii bona sua continentem, inter limites Przytulanka^{n 5} atque ex Dobołholki^o aliisque ex diuturno tempore eidem adhaerentibus, nil eidem ecclesiae diminuendo, cum omnibus et singulis usibus, utilitatibus, pascuis, pratis, aquis et eorum decursibus ac sylvis, arboribus, mellificiis^p ad praefatam villam spectantibus et campis, quae nunc sunt et in futurum fieri possunt industria hominum ac provisione meliori mediante, nihil pro nobis aut successoribus nostris in bonis superius expressis iuris, dominii aut proprietatis penitus reservantes, habendum, tenendum, utifruendum et augendum, possidendum ac in usus ipsius ecclesiae et rectoris eiusdem, prout eis melius videbitur et magis commodum expedire, convertendum et augendum, perpetuis temporibus possidendum, cum decimis manipularibus omnis grani de praediis nostris necnon terrigenarum nostrorum in parochia eadem Goniądzensi, ab antiquo ad eandem ecclesiam attinentium et contentorum; de incolis vero atque quibusvis nobilium et totius communis populi ecclesia parochialis nostrae Goniądz^q, ut ex more antiquo habitam^r ratione decimarum proventum ad dictam ecclesiam meszne^s per quinque grossos pro festo^t S. Martini tenebuntur solvere a laneis, a domibus vero et areis per medium quartum grossum specialiter debent dare singulis annis, praeter illos quinque grossos a laneis dictis; extra vero civitatem Goniądz oppidani^u alias okolni tenebuntur dare decimam manipularem totius grani eidem plebano et eius successoribus, a kmetonibus autem nostris communis populi in tota parochia dictae ecclesiae videlicet Rutheni^v et Litvani^w per quatuor grossos Lituanicales^x tenebuntur solvere eidem ecclesiae nostrae, inquilinus vero per grossum pro tempore superius assignato. Insuper praesentibus attribuimus, damus ac inscribimus perpetuis tem-

400. ^a sunt *Czart. i Lib. M.* ^b evanescent *Czart. i Lib. M.* ^c Litvaniae *Czart.* ^d perpenderit volensque *Czart.* ^e terranea *Czart.* ^f Goniądz nostro *Czart.* ^g *Lib. VI poprawia na praesentavimus; nominavimusque et praesentavimus Czart. i Lib. M.* ^h regendi *Lib. VI* ⁱ eidem *Czart.* ^j Szpakowo *Czart. i Lib. M.* ^k Veresla *Czart., Neresla Lib. M.* ^l Riwko *Czart. i Lib. M.* ^m Kownatka *Lib. M.* ⁿ Przytulanka *Czart. i Lib. M.* ^o Dobołholki *Czart. i Lib. M.* ^p mellificiis *Lib. VI i Lib. M.* ^q *Lib. VI w pierwotnem Goniądze e wytarte* ^r habitam *Lib. VI* ^s meszne *Czart. i Lib. M.* ^t *w Lib. VI te dwa wyrazy dopisane drugą ręką* ^u oppidani *Czart. i Lib. M.* ^v Rutini et Litvani *Czart., Rutini et Lithuani Lib. M.* ^w Litvanicales *Czart., Lithwanicales Lib. M.*

400. ¹ *Ob. objaśnienie wyżej na str. 140 Nr 114 przyp. I.* ² *Krzeczkowa, wieś na Podlasiu nad rzeczką Nereszłą, w połowie drogi między Knyszynem a Goniądzem (ob. mapę sztabową).* ³ *Szpakowo, tamże.* ⁴ *Nereszł, prawobrzeżny dopływ Narwi, do której uchodzi zaraz poniżej Tykocina.* ⁵ *Przytulanka tamże.*

poribus eidem ecclesiae et eius rectori praefato domino Martino suaeque posteritati, quo diligentius ac frequentius in eadem cultus Dei ac sacra officia agantur, quatuor manua-
 5 alia mellis crudi mensurae nostrae alias danei^x de tributo seu datia nostra districtus Goniądzensis; quod mel debet dari et extradi per haiewnik Goniądzensem pro tem-
 pore, quo tributa nostra exiguntur^y. Quae omnia et singula approbamus et per prae-
 sentes ratificamus eundem dominum praedictum Martinum et eius omnes et singulos
 10 successores, quicumque per nos aut nostros successores quoscunque et qui ius praesen-
 tandi eiusdem ecclesiae habuerint, in his omnibus ut praedictum est ecclesiae eiusdem
 usibus, attinentiis omnibus ex antiquo fieri consuetis. In quorum robur sigillum nostrum
 praesentibus applicavimus applicarique iussimus. Datum Vilnae, quarta decima die mensis
 15 aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto^z. Praesentibus ibi-
 dem reverendo patre ac magnificis et generosis dominis Alberto electo et administra-
 tore Vilnensi vacante sede, Nicolao Radziwil^{aa} Vilnensi palatino, Petro Janowicz^{bb} Tro-
 censi palatino ac Soltano^{cc} marchione ac tenentario in Bielsko, caeterisque praesentibus
 15 fidedignis, ad hoc specialiter vocatis et rogatis.

401.

Wilno. 2 maja 1493.

*Aleksander wielki książę litewski, na prośbę Gniewosza plebana kościoła
 parafjalnego w Słonimie pod wezwaniem św. Andrzeja i św. Marji Magdaleny,
 20 według przedłożonych sobie przez tegoż wielu listów nadawczych papierowych
 ruskich swego ojca króla Kazimierza na ten kościół, zapisuje mu: plac na
 którym stoi kościół z domami plebańskim, wikarjuszów, służby i zagrodników;
 młyn koło kościoła a łąki przy Horodyszczu; dwie karczmy; dwa postawniki
 na wielki oltarz; dziesięciny wszelkiego zboża w Słonimie i Dworcu a soli z cla
 25 słonimskiego; ziemię koło rzeki Wolobrzyn z łąkami; ponadto folwark Turo-
 wice; ludzi pięciu rodzin wymienionych z wszystkimi ich daninami, opłatami,
 robocizną i służebnościami.*

Or. brak.

*Kop. 1. Lib. VI k. 46'—47 z zapiskiem Lectum Descriptum. — 2. Czart. k. 55—56'. —
 30 3. Lib. Magn. k. 46'—47.*

Reg. Ks. Przyałgowski W., Żywoty biskupów wileńskich str. 68.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Alexander Dei gratia
 magnus dux Lituaniae^a, Russiae Samogitiaeque dominus et haeres etc., significamus te-
 nore praesentium quibus expedit universis et singulis tam praesentibus quam futuris,
 35 harum notitiam habituris: Retulit coram nobis honorabilis Gniewosius plebanus ecclesiae
 parochialis in Słonim¹ tituli S. Andreae apostoli et S. Mariae Magdalенаe, quod licet
 ecclesia Słonimensis iamdudum per serenissimum olim dominum regem Cazimirum^b pa-
 trem nostrum honestis possessionibus ac stipendiis dotata sit, super quae omnia quam
 plures literas patris nostri coram nobis ponebat, quae in papiro et ruthenice erant

40 400. ^x w Lib. VI poprawione zdaje się drugą ręką na danci ^y exigentur Czart. i Lib. M. ^z data
 niemożliwa ze względu na początek rządów biskupa Tabora ^{aa} Radziwil Czart. ^{bb} Zanoniewicz Czart.
 i Lib. M. ^{cc} Soltano Czart.

41 401. ^a Lituaniae Czart. ^b Casimirum Czart. i Lib. M., Lib. VI dodaje inną ręką etc. co powtarza
 Czart. i Lib. M.

45 401. ¹ Słonim, miasto w Nowogródzkim nad rz. Szczarą.

scriptae, ideo supplicavit nobis, ut paternam dotationem nostris novis literis confirmare-
 mus. Nos vero pro ea religione et pietate, quam ad summum Deum gerimus et etiam
 ad sanctos patronos, quibus praefata ecclesia dicata est, pro augmento laudis divinae
 sanctaque fide catholica divulganda, iuxta dotationem serenissimi domini regis etc. pa-
 tris^e nostri^o, secundum quod literae suae serenitatis continebant, praefatae ecclesiae in
 Słonim rectorique pro tempore existenti et successoribus rite intrantibus dedimus, do-
 navimus praesentibusque damus ac perpetuo inscribimus bona, possessiones, terras ho-
 minesque, prout hic enumerantur: In primis aream seu campum, ubi ecclesia cum domo
 plebani et vicariorum et cum aliis domibus servitorum et hortulanorum eiusdem eccle-
 siae; molendinum super fluvium^d Isoroka² prope ecclesiam, cum omnibus utilitatibus et
 prata circumcirca eundem fluvium Isoroka penes Horodyszcze^o; item duas tabernas li-
 beras, unam in civitate Słonim, aliam prope ecclesiam cum censibus et omnibus proven-
 tibus; duas candellas vulgariter postawniki super magnum altare, quas sine intermis-
 sione^f perpetuis temporibus tenutarius Słonimensis extradere tenebitur ac debebit; de-
 cimas post culturam agrorum et novalium de omni grano in Słonim et in Dworzecz^{e 3},
 et decimam salis ex theloneo Słonimensi; terram Chriłowici^h circa fluvium Wolobrzyn^{1 4}
 cum pratis pro duobus acervis foeni vulgariter sterty^j; praeterea praedium Turowice⁵
 cum terris, pratis, agris cultis et excolendis et cum aliis pertinentiis, ad ipsum praedium
 quomodolibet spectantibus; item homines Rachowiczy, Kosciłowiczy^k, Listowicy, Descho-
 łowicz, Diakowiczy, qui omnes et singuli cum suis successoribus ad praedictam eccle-
 siam pro rectore et successoribus omnia tributa mellis, grossorum, frumenti, videlicet^l
 dziakla^m, pische, srepsczyzna et alias omnes exactiones tenebuntur pendere et
 solvere, omnes labores et servitia facere ac deferre secundum consuetudinem et prae-
 scriptionem in districtu Słonimensi et in Magno Ducatu nostro dudum observatam;
 postremo et generaliter omnes homines, domos, terras, proventus, utilitates quibuscunque
 nominibus censeantur iuxta priorem foundationem, ad ipsam ecclesiam pertinentem, eidem
 sicut et superiora damus et perpetuo inscribimus. In quorum omnium fidem et testimo-
 nium sigillum nostrum est appensum. Datum Vilnae, feria quinta in crastino sanctorum
 apostolorum Philippi et Jacobi anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo no-
 nagesimo tertio, praesentibus reverendoⁿ in Christo patre domino Alberto episcopo Vil-
 nensi necnon magnificis et generosis Nicolao Rodwiłowicz Vilmensi et Petro Janowicz
 Trocensi palatinis, Joanne Zabrzezinski castellano Trocensi, Stanislawo Chlebowicz, Gre-
 gorio Ostikowicz marschalcis ac tenutariis nostris et aliis compluribus fidedignis, per
 honorabilem Adam Jakubowicz de Cotra notarium nostrum. — Relatio magnifici Nicolai
 Rodwiłowicz palatini Vilmensis et magni ducatus Lituaniae cancellarii^o.

401. ^e w Lib. VI dopisane drugą ręką ^d Lib. VI drugą ręką poprawia na fluvio jak w Lib. M.
^o Lib. VI poprawia na Horodyszcze tak i Czart. ^f intromissione Czart. ³ Lib. VI poprawia na Dworecz,
 toż Czart. i Lib. M. ^h Chryłowici Czart., Chriłowici Lib. M. ¹ Wolobrzyn Czart. ^j Lib. VI poprawia
 na stirty, toż Czart. i Lib. M. ^k w Lib. VI poprawione z Toscilowiczy; Koschilowiczy Czart., Descholowi-
 czy Lib. M. ^l Lib. VI drugą ręką poprawia na vulgariter, tak Czart. i Lib. M. ^m dziakla Czart.
ⁿ w Lib. VI reverendissimo pierwszą ręką poprawione na reverendo, reverendissimo Czart. i Lib. M. ^o cancel-
 lariusz pierwotnie Lib. VI

401. ² Zapewne dawniejsza nazwa rzeki Issy, pobocznej Szczary, uchodzącej do niej pod
 Słonimem. ³ Dworzec; miasteczko w Słonimskim nad rz. Molczadką, 38 km. na pn.-wsch.
 od Słonima. ⁴ Rzeka nieodgadniona, może koło Dereczyna, gdzie w pobliżu jest osada Wo-
 łoba (Sl. Geogr. T. XIII str. 881). ⁵ Miejscowość nieodgadniona.

402.

Łosk, 30 maja 1493.

professionis, qui scientia, vita et morum honestate et singulari praedicationis excellentia aliisque laude dignis virtutum meritis, quibus, ut nostra experientia et fide dignorum testimonio accepimus, pollent et in dies pollere non cessant; unde animadvertentes, quod ipsi fratres scientiis, doctrinis, salutiferis praedicationibus et aliarum virtutum exemplaritate in dominio nostro plurima incrementa fidei et religionis Christianę facere possent, 15
eisdem motu nostro proprio et speciali devotione ecclesiam S. Spiritus in Vilna nostrae provisionis pro divino cultu peragendo una cum area immediate coniuncta dictę ecclesiae pro monasterio constituendo et edificando locumque, ubi domus cum quatuor tabernis domui eidem immediatis venerabilis Nicolai Korczak quondam praepositi ecclesiae dicti tituli S. Spiritus ex antiquo consistit, et torrentem Vinger² cum omnibus utilitatibus 20
eiusdem aquae, quae humano ingenio quomodolibet, quibusvis non obstantibus, ex nunc et in posterum excogitari possunt, ad usum et utilitatem dictorum fratrum monasterii S. Spiritus non sine speciali consensu et ratihabitione dicti venerabilis Nicolai Korczak ecclesiae praefatę praepositi coram nobis per eum concesso et facto, finaliter tamen ad effectum subsequuto per resignationem tituli dictae praepositurae S. Spiritus, prout sta- 25
tuta ecclesiastica disponunt, in manibus reverendissimi domini Alberti Dei gratia episcopi Vilmensis in praesentia totius capituli ecclesiae S. Stanislai praesentibus assignamus, damus, donamus, approbamus et in visceramus, assignavimus, dedimus, donavimus, approbavimus et in visceravimus cum omni iure, dominio et proprietate ex nunc et in ęvum dicto ordini fratrum Praedicatorum pro provinciali Poloniae et fratribus, qui per ipsum 30
ordinem aut priores provinciales pro tempore dictae provinciae Poloniae missi et assignati fuerint ad praefatum monasterium S. Spiritus per nos eis sic iam donatum inhabitandum, quiete possidendum et dirigendum, prout ipsorum fratrum regula et ordinis statuta disponunt. Verum quia loca sacra et praesertim religiosorum monasteria locantur, eriguntur et privilegiantur, propter officium divinum peragendum et populum Christia- 35
num verbo, vita et moribus instruendum et aedificandum, proinde nos etiam tenore praesentium nostram intencionem et fratrum dictorum locationem nostris successoribus significamus et declaramus, quod si prior et fratres dicti monasterii S. Spiritus in nostra civitate Vilna sub observantia et vita religiosa, prout ipsorum regula et constitutiones disponunt, vivere noluerint, ex tunc nobis et nostris successoribus cum diocesano^c fratres 40
saepe dicti ordinis, qui sub observantia et religiose vivere voluerint, quibusvis nostris inscriptionibus^d non obstantibus, advocare, inducere et in monasterio dicto locare ple-

486 ^a wyraz nadpisany ^b skrobane i poprawiane w Kop. ^c dioc w tekście ^d poprawione ze subscriptionibus

486. ¹ Moze Siecień (Siecienie) w pow. lipnowskim. ² Winger, Wingry struga w Wilnie na Piasku, ob. wyżej str. 144 Nr 124.

nariam facultatem reservamus. Actum et datum Vilnę, feria 2^a proxima post festum Natalis Sancti Stanislai anno Domini milesimo quingentesimo primo. Praesentibus ibidem reverendis et magnificis Alberto episcopo, Nicolao Radziwiłłowio pallatino Vilnensi, Joanne de Zabrzędzie pallatino Trocensi, Alexandro Jurgiewicz castellano Vilnensi et capitaneo Grodnensi, Stanislao Janowicz capitaneo Samogitiensi et castellano Trocensi, Michaele duce Chlinensi, Alberto Clocko marschalcis nostris et Nicolao Nicolaiewicz subpincerna magni ducatus Litwaniae et capitaneo Belczensi, et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad praemissa. Et in robur perpetuum sigillum nostrum est subappensum per manus honorabilis Stanislai Veneti^o notarii, qui praemissa habuit in praemissis.

487.

Rzym, 15 maja 1501.

Papież Aleksander VI na prośbę Aleksandra w. księcia litewskiego pozwala na śpiewanie jednej tylko mszy przededniem w adwencie w katedrze wileńskiej, zamiast ośmiu śpiewanych tamże dotychczas codziennie, a na wspomnienie tejże katedry udziela wszystkim wiernym przy dopełnieniu zwykłych warunków odpustu trzydziestu lat i tyleż kwadragen za nawiedzenie jej pobożne w uroczystość Zmartwychwstania Pańskiego, Zielonych Świątek, Narodzenia i Podniesienia św. Stanisława oraz Poświęcenia Kościoła.

Or. bulli znajdował się w Archiwum Kapituły Wileńskiej jeszcze w pierwszej połowie w. XIX, jak świadczy streszczający obszernie tę bullę Katalog tegoż Archiwum z r. 1830 na str. 43|4 w dziale bull i indultów papieskich N. 2^o w pozycji 8. z zaznaczeniem, iż jest »w oryginale na pergaminie«.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vat. T. 868 k. 46—47' na początku, na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, przy końcu zaś pod tekstem: P. Thomarotius, poniżej inną ręką: Collac. Hadrianus. — 2. Tamże, Armarium XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciolka) k. 65. — 3. Acta Cap. Cath. Viln. T. I, k. 4'—5' z nagłówkiem ozdobnym pismem: Tenor bullae indulgenciarum pro ecclesia Vilnensi per eundem praepositum expedita (sic) cum idulto missae ante diem tempore Adventus. — 4. Tamże, Lib. I z k. CXLII—CXLIV z nagłówkiem: Ecclesie Vilnensi de missa ante diem indultum cum indulgenciis.

Wyd. 1. Theiner A., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II (Romae 1861), str. 286 nr 306 (z Kop. 2). — 2. Ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. I str. 32—3 (z Kop. 4).

Reg. 1. Kopjarz rzymski Erazma Ciolka z początku w. XVI, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek w Archiwum Komisji Historycznej Serja 2, T. I str. 88 nr 26. — 2. Ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. I str. 17 (z mylną datą 15 marca). — 3. Tamże T. III str. 4.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex debito pastoralis officii nobis ex alto commissi ad ea libenter intendimus, per que^a ecclesiarum personarum presertim in ecclesiis cathedralibus insignibus deservientium commoditati et pleniori divini cultus ministerio^b ac etiam earundem ecclesiarum conservationi et ornamento animarumque christifidelium salutis Deo propicio salubriter consulitur. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Alexandri magni ducis Lyttuani nobis nuper

486. ^a Veneum błędnie w Kop.487. ^a dwa razy powtórzone w Reg. Vat. ^b opuszcza Lib. I

exhibita petitio continebat, quod in ecclesia Wilnensi, que inter ceteras ecclesias cathedrales ducatus Lytthuanie insignior existit et ad quam dux ipse singularem gerit devotionis affectum consueverunt singulis diebus tempore Adventus Domini octo misse decantari, et quoniam eo tempore dies admodum sunt breviores, officia vero divina longiora, ita quod omnes octo misse huiusmodi non bene neque commode decantari possint, pro parte eiusdem ducis nobis fuit humiliter supplicatum, ut^e de cetero in dicta ecclesia in ipso tempore Adventus ex octo missis, que singulis diebus ut preferitur cantari consueverunt, una duntaxat missa ante lucem decantari possit, concedere aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui honesta fidelium vota benivolo favore libenter prosequimur, huiusmodi supplicationibus inclinati, quod deinceps perpetuis futuris temporibus in dicto tempore Adventus Domini una missa duntaxat ex octo missis predictis ante lucem circa tamen eandem^d lucem decantari libere et licite valeat, auctoritate apostolica tenore praesencium de^e speciali gratia concedimus. Et insuper piis desideriis eiusdem ducis in hac parte annuentes ac^f cupientes, quod prefata ecclesia, que etiam sicut accepimus prope partes infidelium sita existit, a christifidelibus congruis frequentetur^g honoribus ac in suis edificiis per amplius reparetur, conservetur et^h manuteneatur, nec non luminaribus et ornamentis ecclesiasticis decoretur et divinus ipse cultus maius inibi suscipiat incrementum, utque fideles ipsi eo promptius ad premissa manus porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus antedictis vere penitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi et Penthecostes ac Nativitatis et Translacionis sancti Stanislai nec non Dedicacionis eiusdem ecclesie festivitatibus et diebus a primis vespers usque ad secundas vespers inclusive festivitatum seu dierum earundem devote visitaverintⁱ annuatim et ad reparacionem, conservacionem, manutencionem et alia premissa manus porrexerint adiutrices, triginta annos et totidem quadragenas pro qualibet festivitatum seu dierum earundem de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in Domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam ecclesiam et ad premissa manus adiutrices porrigentibus aut alias inibi^j pias elemosinas erogantibus seu alias aliqua alia^k indulgentia in perpetuum et ad certum tempus nondum elapsam duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et relaxacionis infringere vel ei^l ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius se noverit incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno Incarnacionis Dominice millesimo quingentesimo primo idibus^m maii, pontificatus nostri anno nono.

488.

Rzym, 15 maja 1501.

40

Papież Aleksander VI wszystkim wiernym udziela odpustu lat 20 i tyleż kwadragen, jeżeli już jaki inny nie został nadany, za nawiedzenie jałmużnicze

487. ^e dodaje quod Reg. Vat. ^d w Lib. I brak tego wyrazu ^e ex Lib. I ^f et Lib. I ^g frequenter Lib. I ^h et Acta cap. ⁱ visitaverit Lib. I ^j huiusmodi Acta cap. ^k alia aliqua Acta cap. ^l Lib. I opuscula ^m idus Lib. I

w Boże Narodzenie, w święto M. B. Gromnicznej i Wniebowzięcia kaplicy NPMarji, świętych Jędrzeja i Stanisława w kościele wileńskim, zbudowanej i uposażonej przez zmarłego Kazimierza króla polskiego, w której spoczywa jasniejący wielu cudami Kazimierz, brat Aleksandra w. księcia litewskiego.

5 Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vat. T. 868 k. 50'—51; na początku na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, przy końcu zaś pod tekstem: P. Thomarotius, niżej inną ręką: Collat. Hadrianus. — 2. Tamże, Armarium XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciołka) k. 64'. — 3. Acta Cap. Cath. Viln. T. I k. 5'—6.

10 Wyd. 1. Theiner A., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II str. 287 nr 307 z datą: VI Idus Maii (z Kop. 1). — 2. Ks. Kurczewski J., Kościół Zamkowy T. III str. 4/5 (z Kop. 3).

15 Reg. 1. Raynald O., Annales Ecclesiastici T. XI pod r. 1501 nr 20 z przytoczeniem jednego ustępu z tomu Regestów pod sygn. Lib. 2 ep. secr. p. 50 (a więc jak się zdaje z Kop. 1). — 2. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek, str. 88 nr 25.

Alexander etc. venerabilibus fratribus Vilnensi et Mednicensi ac Luceoriensi episcopis salutem etc. Alexander etc. Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Ecclesiarum et locorum ecclesiasticorum fabricis et ornamentis manus porrigere adiutrices pium et meritorium apud Deum existimantes, fideles singulos ad exhibendum eis oportuna suffragia spiritualibus muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus frequenter invitamus, ut per temporalia, que hiis tribuerint auxilia, premia consequi mereantur felicitatis eterne. Cupientes igitur, ut capella Beate Marie ac sanctorum Andree et Stanislai sita in ecclesia Wilnensi, per clare memorie Kazimirum Polonie regem magnifico opere constructa et dotata ac preciosissimis ornamentis pro divino cultu decorata, et ad quam ut accepimus dilectus filius nobilis vir Alexander magnus dux Lythuanie, cuius frater germanus Kazimirus dux apud illam capellam sepultus multis miraculis clarere perhibetur, singularem gerit devotionis affectum cupitque ad illam divinum cultum augeri, a christifidelibus frequentetur et in debita veneratione habeatur ac in suis structuris^a, edificiis et ornamentis conservetur et manuteneatur fidelesque ipsi eo libentius devotionis causa ad dictam capellam confluant ac ad conservationem et manutentionem predictas manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem domo celestis gratiis uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius auctoritate confisi omnibus et singulis fidelibus predictis vere penitentibus et confessis, qui capellam predictam in Nativitatis Domini nostri Jesu Christi et Purificationis ac Assumptionis Beate Marie Virginis festivitatis a primis vespers usque ad secundas vespers festivitatum earundem inclusive devote visitaverint ac ad conservationem et manutentionem predictas manus porrexerint adiutrices ut prefertur, viginti annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus presentibus perpetuo valituris. Volumus autem, quod si alias dictam capellam visitantibus et ad premissa manus adiutrices porrigentibus seu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris vel momenti. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno etc. M^oCCCCC^ol^o idibus may, pontificatus nostri anno nono.

489.

Rzym, 15 maja 1501.

Papież Aleksander VI mistrzowi Erazmowi Ciołkowi proboszczowi kościoła wileńskiego, swemu notariuszowi, który jest sekretarzem i posłem w. ks. litewskiego Aleksandra u tegoż papieża, ze względu na usługi oddane Stolicy apostolskiej, naukę jego własną i życie przykładne, zwalniając go od wszelkich wyroków, cenzur i kar kościelnych, pozwala motu proprio przyjmować i dzierżyć jakiegokolwiek urzędy i dostojęstwa w kościołach Królestwa Polskiego, krakowskim, gnieźnieńskim, włocławskim, poznańskim i płockim, w których wedle istniejących statutów i zwyczajów, zatwierdzonych przywilejami papieża Marcina V i może innych, kanonje z prebendami, prałatury, administracje i urzędy mogą otrzymywać tylko ci, którzy są szlacheckiego pochodzenia albo posiadają stopnie uniwersyteckie w teologii, obojgu prawie lub medycynie, w sztukach zaś nauczali przez lat siedm w tym wydziale lub uczyli się w innym, albo też wreszcie urzędnicy Stolicy apostolskiej.

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vat. T. 868 k. 38—39', na początku na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, przy końcu zaś pod tekstem: P. Tuba, poniżej inną ręką: Collat. Hadrianus. — 2. Tamże, Armarium XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciołka) k. 74' z nagłówkiem: Derogatio statutorum in favorem oratoris.

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka, wyd. S. Kutrzeba i X. F. Fijałek str. 89/91 nr 32 (z przytoczeniem ustępu de non recipiendis plebeis).

Alexander etc. Dilecto filio magistro Erasmo Vitellio preposito ecclesie Wilnensis, magistro in artibus, notario nostro salutem etc. Grata devotionis obsequia, que nobis et apostolice Sedj hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non litterarum sciencia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam etiam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus, nos inducunt, ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut accepimus, in statutis et consuetudinibus Cracouiensis, Gneznensis, Wladislaiensis^a, Poznaniensis ac Plocensis ecclesiarum in regno Polonie consistentium seu privilegiis et indultis per felicis recordationis Martinum V et forsitan alios Romanos pontifices predecessores nostros concessis inter alia caveri dicatur expresse, quod canonicatus et prebende aut dignitates, personatus, administrationes vel officia dictarum ecclesiarum a nullis nisi de nobili genere ex utroque parente procreatis, aut magistris vel licentiatis seu bacallariis formatis in theologia, aut doctoribus seu cum rigore examinis in iure canonico vel civili licentiatis aut in medicina, vel qui in artibus post susceptionem magisterii per ipsos in illis aut aliqua alia facultate per septennium studuerint seu rexerint magistris¹,

489. ^a w tekście Reg. Vat. mylnie Wradislaiensis; brak tego wyrazu w Kopjarzu Ciołka

489. ¹ Wydania bull papieskich jako też statuty kapitulne »De non recipiendis plebeis« ob. Statuty kapituły katedralnej włocławskiej z materiałów przysposobionych przez X. prałata Stan. Chodyńskiego wydał i bibliografią ustawodawstwa kapitulnego w Polsce poprzedził X. Dr

seu apostolice Sedis officialibus pro tempore existentibus, qui in eisdem ecclesiis iuxta illarum statuta et laudabiles consuetudines in divinis personaliter deservire teneantur et sint astricti per litteras dicte Sedis vel legatorum eius, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de statutis et consuetudinibus aut privilegiis et indultis huiusmodi mentionem, vel etiam ordinaria autoritate confici possint, ac quod dilecti filii capitula earundem ecclesiarum aliquem nisi ut prefertur qualificatum ad canonicatus et prebendas ac dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi admittere non teneantur aut ad id etiam censuris ecclesiasticis cogi aut compelli possint: nos volentes te, qui etiam dilecti filii nobilis viri Alexandri magni ducis Littwanie ad nos et Sedem predictam orator destinatus et, ut etiam accepimus, secretarius suppressus existis et, ut accepimus, preposituram ecclesie Wylnensis inter alia obtines, premissorum obsequiorum et meritorum tuorum intuitu favore prosequi gracioso teque a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presencium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate tibi, ut quoscunque canonicatus et prebendas ac dignitates, personatus, administrationes vel officia in eisdem ecclesiis, etiamsi ad dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi consueverint, qui per electionem assumi eis que cura immineat animarum, si tibi alias canonice conferantur aut eligaris, presenteris vel assumaris ad illos, illas vel illa et instituaris in eis, recipere et retinere libere et licite valeas, ac quod capitula prefata^b te ad illos, illas vel illa admittere teneantur, constitutionibus et ordinationibus apostolicis nec non predictis et quibusvis aliis earundem ecclesiarum privilegiis et indultis ac statutis et consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presentium de speciali gratia concedimus et indulgemus ac eisdem statutis, ordinationibus, privilegiis et indultis illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, proviso, quod canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in dignitatibus, personatibus, administrationibus et officiis predictis, si qua illis immineat, nullatenus negligatur, sed illorum ac canonicatum et prebendarum predictorum congrue supportentur onera consveta. Nulli ergo etc. nostre absolutionis, concessionis, indulti et derogationis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. M^oCCCCC^o1^o idibus maii, pontificatus nostri anno nono.

490.

Rzym, 15 maja 1501.

Papież Aleksander VI mistrzowi Erazmowi Ciołkowi kanonikowi krakowskiemu, notarjuszowi swemu, który jest posłem w. księcia Aleksandra, składającym obediencję temuż i Stolicy apostolskiej imieniem swego pana, ze względu na
Jan Fijałek (w Krakowie 1915|1916, nakł. Akademji Umiejętności) str. 4 pod a) z przyp. 2, str. CLXX—CXXII pod B gdzie i literatura o tym przedmiocie jest wskazana (O. Balzer i Stan. Zachorowski), str. CXCIII pod C i według indeksu na str. 340 (bulla), 435 (plebei) i 450 (receptio).

45 489. ^b prefati w tekście

usługi oddane Stolicy tejże, naukę jego własną i życie przykładne, tudzież swiadectwa osób wiarygodnych, który już otrzymał dyspensę apostolską na trzy beneficia kościelne z duszpasterstwem lub skądinąd incompatibilia, i posiada między innymi probostwo wileńskie, nadaje motu proprio przywilej z mocą obowiązującą od 1 marca i 2 maja 1496, uwalniając go od wszelkich cenzur kościelnych, na objęcie samemu lub przez posła w razie użytkowania jednej kanonji krakowskiej, drugiej wrocławskiej i trzeciej poznańskiej, wyjąwszy jedynie wakansu ich, zastrzeżonego już Stolicy apostolskiej, a egzekutorami tego przywileju mianuje arcybiskupa raguzńskiego oraz w zastępstwie oficjałów krakowskiego i poznańskiego.

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vat. T. 868 k. 24—29, na początku, na lewym marginesie tą samą ręką: Hadrianus, a przy końcu pod tekstem: P. Thomarotius, pod tem inną ręką: Colationat. Hadrianus. — 2. Tamże, Armarium XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciolka) k. 68'.

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciolka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 89 nr 30 (niezbyt ściśle).

Alexander etc. Dilecto filio magistro Erasmo Vitellio canonico Cracouiensi, magistro in artibus, notario nostro, salutem etc. Grata devotionis obsequia, que nobis et apostolice Sedi hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, nec non litterarum sciencia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam etiam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est, quod nos, qui dudum inter alia statuimus et ordinavimus, quod nullus vigore cuiusvis gratie expectative quodcunque beneficium ecclesiasticum dispositioni apostolice generaliter reservatum, vel ex generali apostolica reservatione affectum, etiam si alias sub huiusmodi gratia comprehendi videretur, acceptare, aut de illo sibi provideri facere posset seu deberet, decernentes irritum et inane, quicquid secus contingeret attemptari, tibi, qui dilecti filii nobilis viri Alexandri magni ducis Lythuanie ad nos et Sedem predictam pro nobis prestanda obedientia orator destinatus existis, et cum quo dudum ut accepimus ut quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia ecclesiastica, etiamsi dignitates, personatus, administrationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitana vel collegiatis et dignitates ipse in cathedralibus etiam metropolitana post pontificales maiores, seu in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales, aut due ex eis parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie forent et ad dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi consuevissent, qui per electionem assumi eisque cura immineret animarum, si tibi alias canonice conferrentur aut eligereris, presentereris vel assumereris ad illa et instituereris in eis, recipere et insimul quoad viveres retinere valeres, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quique preposituram ecclesie Wilnensis, que inibi dignitas maior post pontificalem existit inter alia obtines ac eiusdem Alexandri magni ducis primus secretarius existis et aliam gratiam expectativam a nobis non obtinuisti, premissorum obsequiorum et meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere et presentes literas ac si sub datis kalendis martii pontificatus nostri anno quarto concessae forent et processus habendos per easdem, ac si die secunda mensis maii eiusdem pontificatus nostri anno predicto in prima expeditione habiti et decreti fuissent quoad vacatura valere volentes, teque

a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, motu proprio non ad tuam vel
 5 alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate unum Cracouiensis et alium Wladislaiensis^a ac alium Poznaniensis ecclesiarum canonicatus, in quibus maiores, medie et minores seu pinguiore et minus pingues prebende fore noscuntur, cum plenitudine iuris canonici prefata tibi auctoritate conferimus et de illis etiam providemus, unam vero Cracouiensem et aliam Wladislaiensem^b ac
 10 aliam Poznaniensem prebendas, etiam ex maioribus seu pinguioribus, ac dignitatem, personatum, administrationem vel officium alterius earumdem ecclesiarum etiam unus ex canonicatibus et una ex prebendis etiam maioribus seu pinguioribus, aut dignitas seu personatus, aut administratio vel officium huiusmodi dispositioni apostolice, ex quavis
 15 causa preterquam vacationis illorum apud Sedem predictam aut familiaritatis nostre continue commensalitatibus vel alicuius viventis et in Romana curia presentis cardinalis, cuius ad hoc consensus requirendus foret, generaliter reservata aut ex aliqua generali apostolica reservatione affecta fuerint et ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi consveverit, quis per electionem assumi eique cura immineat
 20 vacaverint, quas, quos vel que tu per te vel procuratorem tuum ad hoc a te legitime constitutum infra unius mensis spacium, postquam tibi vel eidem procuratori vacatio illarum vel illorum innotuerit, duxeris acceptandas, acceptandos vel acceptanda, conferendas, conferendos seu conferenda tibi post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi apostolice reservamus, districtius inhibentes venerabilibus fratribus nostris Cracouiensi, Wladislaiensi^c et Poznaniensi episcopis ac dilectis
 25 filiis dictarum ecclesiarum capitulis necnon illi vel illis, ad quem vel ad quos in dictis ecclesiis prebendarum etiam maiorum seu pinguiorum ac dignitatum, personatum, administrationum et officiorum collatio, provisio, presentatio, electio, seu quevis alia dispositio communiter vel divisim pertinet, ne de prebendis etiam maioribus aut pinguioribus
 30 ac dignitate, personatu, administratione vel officio huiusmodi interim etiam ante acceptationem eandem, nisi postquam eis constiterit, quod tu vel procurator predictus illos, illas vel illa nolueritis acceptare, disponere quoquomodo presumant, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel
 35 ignoranter contigerit attemptari, et nichilominus venerabili fratri nostro archiepiscopo Ragusano¹ et dilectis filiis Cracouiensi et Poznaniensi officialibus² per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra te vel predictum procuratorem tuum nomine tuo in qualibet dictarum ecclesiarum in canonicum recipi et in fratrem stallo tibi in choro et loco in capitulo cuiuslibet ipsarum ecclesiarum cum dicti iuris plenitudine assignatis prebendas
 40 vero etiam maiores aut pinguiore ac dignitatem, personatum, administrationem vel of-

490. ^a Wratislaiensis *w tekście* ^b Wratislaiensem *w tekście* ^c Wratislaiensi *w tekście*

490. ¹ *Arceybiskupem raguzzańskim był naonczas Jan z Ankony (de Sacchis) 1490 † 1505 (zob. Eubel-Schmitz Kallenberg, Hierarchia catholica m. ae. T. III wyd. z r. 1923).* ² *Oficja-*

45 *łem krakowskim był naonczas Jan ze Starzechowic doktor dekretów, kanonik krak. i scholastyk wiślicki; oficjałem poznańskim Mikołaj Kotwicz ze Żnina, doktor dekretów i archidiakon pozn.; obaj występują w Aktach kapitulnych jeszcze w r. 1500.*

ficium huiusmodi, si vacant aut cum vacaverint ut prefertur, cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis tibi post acceptationem predictam eadem auctoritate conferant et assignent, inducentes te vel dictum procuratorem pro te in corporalem possessionem prebendarum etiam maiorum seu pinguiorum ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendentes inductum ac facientes te vel procuratorem predictum ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi ut est moris admitti, tibi que de illorum ac canonicatum collatorum et prebendarum etiam maiorum reservatarum predictorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi contradictores auctoritates etc. Non obstantibus statuto et ordinatione ac priori decreto premissis et aliis apostolicis constitutionibus nec non de certo canonicorum numero ac aliis earundem ecclesiarum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ac privilegiis et indultis eisdem ecclesiis respective concessis, illis presertim, quibus inter alia caveri dicitur expresse, quod nullus in eis maiorem seu pinguiorem prebendam assequi valeat, nisi de minori aut minus pingui ad mediam et de media seu minus pingui prebendis ad maiorem seu pinguiorem prebendas huiusmodi gradatim et per optionem ascendat, quodque canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes vel officia earundem ecclesiarum aliis quam de nobili genere ex utroque parente procreatis vel magistris seu licentiatibus aut bacalariis formatis in theologia sive doctoribus seu cum rigore examinis in iure canonico vel civili licentiatibus aut in medicina vel in artibus magistris, qui post assumptionem magisterii per ipsos in illis aut aliqua alia facultate per septennium studuerit vel rexerit sive apostolice Sedis officialibus pro tempore existentibus, qui in eadem ecclesia iuxta ipsius statuta et laudabiles consuetudines in divinis personaliter deservire teneantur et sint astricti conferri possint, nec ad canonicatus et prebendas ac dignitates huiusmodi alias quam ut prefertur qualificati admitti possint, quibus illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat harum serie motu simili specialiter et expresse derogamus, quodque tu ut prefertur qualificatus non existis contrariis quibuscunque aut si aliqui prefata apostolica vel alia quavis auctoritate in dictis ecclesiis in canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis etiam maioribus ac dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis dictarum ecclesiarum speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte Sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, aut si episcopis et capitulis prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de canonicatibus et prebendis etiam maioribus seu pinguioribus ac dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis dictarum ecclesiarum vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per literas apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis, seu si presens non fueris ad prestandum de observandis, statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum solita iuramenta dummodo in absentia

tua per procuratorem ydoneum, et cum ad ecclesias ipsas accesseris, corporaliter illa prestes, aut si hodie pro alio vel aliis super equali vel equalibus gratia seu gratiis in predictis ecclesiis litteras nostras duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quam
5 presentes effectum sortiri volumus quacunque constitutione apostolica contraria non obstante. Et insuper nos, qui etiam dudum inter alia voluimus, statuimus et ordinavimus, quod in expectativis, gratiis illarumque extensionibus, revalidationibus et collationum mutationibus per nos extunc de cetero concedendis ac desuper conficiendis literis verba, motus proprii quoad beneficia extunc inantea vacatura nulli, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis fuerint, quomodolibet suffragentur, nisi solum et duntaxat
10 ad tollendum et excludendum surreptionem literarum earundem, ut ex literis et gratia huiusmodi celeriore consequaris effectum, motu simili volumus et eadem tibi apostolica auctoritate concedimus, quod verba motus proprii huiusmodi tibi suffragentur et omnes, quos de iure communi et alias operari possunt et debent, operarentur, effectus quodque in assecutione prebendarum etiam maiorum ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii huiusmodi, que vigore presentium duxeris acceptanda, omnibus et
15 singulis ac illis prorsus similibus antelationum prerogativis, decretis, declarationibus, gratiis, exceptionibus, derogationibus, suspensionibus, privilegiis, favoribus et indultis, quibus nonnulli familiares nostri continui, commensales etiam antiqui, et in certis aliis litteris nostris quoad quasdam illis per nos concessas antelationum prerogativas descripti
20 in simili assecutione canonicatum et prebendarum ac dignitatum, personatum, administrationum vel officiorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, que vigore gratiarum expectatarum per nos eis concessarum duxerint acceptanda, utuntur, potiuntur, et gaudent ac uti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ad ipsorum descriptorum familiarium instar, sed pariformiter. et eque principaliter absque ulla differentia, sine tamen eorundem descriptorum familiarium preiudicio uti, potiri et gaudere possis
25 et valeas ipseque antelationum prerogative immediate tibi suffragentur, in omnibus et per omnia perinde, ac si unus de numero ditorum familiarium descriptorum et in eisdem nominatim specificè immediate post ultimum descriptus et annotatus fores, quodque omnibus et singulis aliis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, nobilitatis, preminentie vel conditionis fuerint, similes vel dissimiles gratias, expectativas aut
30 speciales reservationes earumque revalidationes, extensiones et mutationes collationum, etiam motu simili et ex certa sciencia et cum predictis et aliis quibuscunque antelationum prerogativis, decretis, declarationibus, derogationibus, suspensionibus, exceptionibus, concessionibus, ordinationibus, privilegiis, gratiis, favoribus et indultis etiam presentibus
35 expresse derogantibus ac aliis derogatoriis derogatoriis fortioribus, efficacioribus et insolitis clausulis, vim et effectum habentibus, in genere vel in specie concessis, hactenus forsitan concedendis, etiam sub pari vel anteriori datis tunc et imposterum prosequentibus, etiam in canonicos creatis et receptis ac in processibus diligentioribus et quacunque antelationum prerogativa etiam simili aut presenti maiori nunc et imposterum munitis
40 in huiusmodi per te facienda assecutione omnino possis et debeas anteferri nec antelationum prerogative, decreta, declarationes, suspensiones et clausule predictæ aut aliæ maiores et etiam presentibus derogantes aliis personis predictis concessæ hactenus et imposterum forsitan concedende, etiam si in eis caveretur expresse, quod illis per alia privilegia litteras seu indulta derogari aut illarum effectus suspendi non posse et in assecutione per eos
45 facienda singulis aliis personis etiam similes vel illis maiores prerogativas pro tempore prosequentibus omnino possent et deberent anteferri, quominus tu in dicta per te facienda assecutione potior existas, cuiquam suffragentur. Non obstantibus posterioribus voluntate,

statuto et ordinatione ac aliis premissis necnon in favorem certorum tunc expressorum Romane curie officialium, quoad quasdam eis concessas antelationum prerogativas editis, quibus hac vice duntaxat motu simili derogamus ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus illis, que in dictis eisdem descriptis, familiaribus concessis literis volumus non obstare ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod quamprimum canonicatum et prebendam seu dignitatem, personatum, administrationem vel officium generaliter reservata, cuius seu quorum fructus, redditus et proventus viginti quatuor florenorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annum excedant, fueris vigore presentium pacifice assecutus, novam provisionem a nobis vel Sede predicta infra quatuor menses a die adeptę pacifice possessionis huiusmodi computandos impetrare et litteras desuper ex toto expedire et annatam seu medios fructus camere apostolice persolvere omnino tenearis, alioquin acceptatio et provisio predictę nullius sint roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre absolutionis, collationis, provisionis, reservationis, inhibitionis, constitutionis, mandati, voluntatis, derogationis et concessionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. MCCCCC primo idibus may, pontificatus nostri anno nono.

491.

Wilno, 20 maja 1501.

Wojciech biskup wileński na prośbę Mikołaja Korczaka prepozyta kościoła Św. Ducha w mieście Wilnie przyjmuje jego rezygnację z prebendy i ogłasza jej wakans, a równocześnie na prośbę Piotra lektora i Abrahama braci zakonu dominikańskiego w Polsce transumuje i zatwierdza dokument Aleksandra wielkiego księcia Litwy, wydany w Wilnie d. 10 maja 1501 (ob. wyżej Nr 486), na podstawie którego wspomniany kościół oddaje w zarząd i wciela do klasztoru dominikanów wileńskich z zachowaniem jego wezwania i wszelkich dochodów; zobowiązuje przytem braci do odbywania w katedrze wileńskiej kazań w niedziele i święta, na co z własnej szkatuły daje im sześć dukatów węgierskich, do czego kapituła wileńska dodała ze swych dochodów drugie sześć dukatów celem wysyłania jednego z braci na studia kaznodziejskie do Bolonji lub gdzie indziej zagranicę.

Or. brak.

Kop. Transumpt Erazma Ciołka prepozyta wileńskiego sporządzony w Wilnie d. 20 maja 1503; tekst jego znajduje się w Kopjarzu dokumentów dominikańskich, przechowanym w Archiwum oo. dominikanów w Krakowie a zawierającym kopje oryginalne i zwyczajne z w. XVI i XVII, na k. 9—12 (ob. niżej pod tą datą).

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Albertus Dei et apostolicę Sedis gratia episcopus Vlnensis. Cum ex iniuncto nobis sollicitudinis pastoralis officio his, qui salutem gregis dominici nobis crediti et propagationem religionis et fidei catholicę in agro militantis Ecclesie respiciunt, crebris vigiliis decet intendere et illic animum nostrum inflectere et indefesse laborare, quod praeconio laudis divine, exemplari vita et praedicatione verbi divini fides sancta dilataretur et reciperet incrementa. Proinde significamus tenore presentium quibus expedit universis praesentibus et

futuris praesentium notitiam habituris, quomodo honorabilis vir Nicolaus Korczak praepositus S. Spiritus in civitate Vilmensi coram nobis comparens, non compulsus, non coactus neque aliquo errore devio seductus seu alicuius suggestionem circumventus, quinimo sanus mente pariter et corpore existens, matura intra se deliberatione praehabita, omnibus melioribus: modo, via, iure et forma, quibus melius et efficacius potuit et debuit, praefatam ecclesiam S. Spiritus eiusque titulum pure, simpliciter et de plano coram nobis et in manibus nostris resignavit et irrevocabiliter et cum effectu renunciavit et cessit eidem, petens huiusmodi resignationem per nos admitti et vacare ecclesiam designatam decerni. Nos vero attendentes petitionem huiusmodi fore iustam et rationi consonam et quod iusta petentibus non est denegandus assensus, resignationem huiusmodi suscepimus, admisimus decernimusque ipsam ecclesiam vacare. Post cuius quidem ecclesiae resignationem et eiusmodi admissionem et susceptionem ac nostrum decretum, comparentes coram nobis religiosi^a Petrus lector et Abraham fratres ordinis Praedicatorum S. Dominici de observantia regni Poloniae et certas literas donationis et approbationis dictae ecclesiae S. Spiritus ordini praefato et fratribus eiusdem per serenissimum principem et dominum dominum Alexandrum Dei gratia magnum ducem Litvaniae, Samogitiae etc., dictae ecclesiae S. Spiritus patronum, datas et concessas sigilloque maiestatis magni ducatus Litvaniae munitas et sigillatas, sanas, salvas et illaesas, non cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas, coram nobis et venerabilibus dominis praelatis et canonicis capituli ecclesiae nostrae cathedralis Vilmensis exhibuerunt et praesentaverunt. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

(Następuje dokument Aleksandra w. księcia litewskiego wydany w Wilnie d. 10 maja 1501, ob. wyżej Nr 486).

Post quarum quidem literarum exhibitionem et praesentationem fuit nobis per antedictos fratres nomine totius ordinis et praesertim provinciae regni Poloniae humiliter supplicatum, quatinus literas per serenissimum dominum Alexandrum magnum ducem Litvaniae etc. eis concessas et donatas, quibus sese recognovit et exposuit memoratam ecclesiam S. Spiritus cum omnibus ad eam pertinentibus dicto ordini Praedicatorum S. Dominici pro provincia Poloniae donasse cum omni iure et dominio perpetuo et in eum, auctoritate nostra ordinaria acceptare et approbare et pro ipsarum ac in eis contentorum firmiori subsistentia nostris inscriptionibus^b roborare dignaremur. Nos igitur Albertus Dei gratia episcopus Vilmensis memoratus cultum divinum nostris temporibus in diocesi nostra ampliare et saluti animarum, prout ex debito nobis officioque a Deo tradito tenemur et astricti sumus, providere cupientes, supplicationibus praefatorum fratrum, nomine et amore dicti ordinis, qui ab initio sui ad praedicationem et animarum salutem noscit institutus fore, et praesertim his, quae salutem fidelium et fratrum ipsius ordinis praedicationibus continuis, consiliis sanis et charitativis admonitionibus in nostra diocesi accedere conspicimus, benigniter inclinati, visis itaque videndis et servatis servandis ac diligenter examinatis maturaque inter nos deliberatione praehabita, dictis donationibus literas serenissimi principis et in eis contenta non sine consilio et consensu dominorum praelatorum et canonicorum capituli ecclesiae nostrae Vilmensis auctoritate nostra ordinaria acceptamus et acceptatas approbamus, confirmamus et ratificamus ac robur perpetuae firmitatis obtinere et observari debere tenore praesentium decernimus et eadem auctoritate dictam ecclesiam tituli S. Spiritus in titulum perpetui monasterii S. Dominici, salvo titulo dictae ecclesiae S. Spiritus, concedimus, assignamus, damus et

491. ^a religiosi błędnie w tekście

^b w tekście popr. z subscriptionibus

incorporamus, cum omni iure tam in spiritualibus quam in temporalibus omnibusque pertinentiis et obventionibus ad eandem ecclesiam ab antiquo et sui principio venire consuetis ex nunc et in ævum inscribimus, ut quidem de caetero perpetuis^c futuris temporibus per priores praefati ordinis Praedicatorum iuxta statuta ipsius regatur et gubernetur. Hoc nichilominus adicientes, quod fratres in praefato monasterio per nos ut praesertim iam firmati, roborati et privilegiati singulis diebus dominicis et festis in ecclesia nostra cathedrali ad praedicandum seu offitium praedicationis evangelicae exercendum et continuandum perpetuo tempore tenebuntur et sunt asstricti; quibus fratribus, ut dictum offitium praedicationis in nostra ecclesia cathedrali continuetur et perennetur, nos Albertus Dei gratia episcopus Vilmensis de nostro thesauro et successores nostri sex florenos Ungaricalis ponderis boni, et venerabiles domini praelati et canonici dictae ecclesiae Vilmensis praesentes et futuri, de quorum proventu seu divisione similiter sex florenos eiusdem ponderis pro fratre ordinis praefati, qui a monasterio seu conventu per fratres ipsius eligeretur et ab ordine ad studium Bononiense aut quodcunque aliud extra provinciam Poloniae, ubi viget generale gymnasium sacrae scripturae, mittetur, qui frater tandem de studio ad quod fuerat assignatus rediens ad cenobium suum Vilmense tamdiu tenetur ad dictam praedicationem in ecclesia cathedrali Vilmensi faciendam et continuandam aut quicumque alius frater ipsius ordinis priorem fratrem casu aliquo praeveniente, donec alius, qui pro simili studio fuerit assignatus, sui studii termino completo revertatur et in locum eius, qui ante praedicavit, succedat, perpetuo tempore quolibet anno pro festo Resurrectionis Dominice pro dicto fratre studendo tenebuntur, et successores nostri tenebuntur dare et sunt constricti contribuere summam praescriptam duodecim florenorum Hungaricalium uniformiter sic per nos iam assignatam. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes literas sive praesens publicum instrumentum incorporationis et annexionis huiusmodi in se continentes sive continens exinde fieri et per notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus sigillorumque nostri et capituli ecclesiae nostrae cathedralis Vilmensis iussimus et fecimus appensione communiri. Actum et datum Vilnæ in curia nostra episcopali, sub anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo primo, indictione quarta, die vero vigesima mensis maii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Alexandri papae sexti anno ipsius nono. Praesentibus ibidem venerabilibus dominis magistro Jacobo de Kuczewo, decano Martino de Radom, Georgio Philipowicz decretorum doctore, Bernardo de Vilna artium magistro, Joanne de Dobrznice, Gasparo de Warszowia et Nicolao de Żukowo canonicis, nec non honorabilibus viris Joanne de Troki thesaurario reverendissimi domini episcopi Vilmensis, Joanne artium baccalaureo, Georgio clavigero, plebano in Widzie, Mathia de Grodno artium baccalaureo, Abraham de Mazowo et Stanislao de Kijowia capellanis dicti domini reverendissimi, nec non Valentino Kucharski altarista serenissimi principis, Nicolao Kugnia capellano Gastoldi et Stanislao capellano capellae S. Trinitatis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Et^d ego Nicolaus Petri de Wolborz clericus Gneznensis diocesis, apostolica et imperiali auctoritatibus notarius publicus et coram praememorato reverendissimo in Christo patre et domino domino Alberto Dei gratia episcopo Vilmensi causarum et facti huius-

491. ^c w tekście popr. z perpetuos ^d ponięszą klauzulę notarialną poprzedzającą w kopji słowa: Subscriptio notarii publici literarum praesertarum sequitur et est talis:

modi scriba, quia praedictae resignationi et eiusdem admissioni et susceptioni ac decreto vacationis nec non incorporationis et annexionis praedictorum aliisque omnibus et singulis praedictis, dum sic ut praemittitur ageretur et fierent, una cum praenominatis testibus interfui eaque sic fieri vidi et audivi; ideo hoc praesens publicum instrumentum manu alterius notarii fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione sigillorum dicti reverendissimi domini Alberti episcopi Vilmensis et sui capituli consignavi rogatus et requisitus in testimonium praemissorum.

492.

Rzym, 22 maja 1501.

Papież Aleksander VI wszystkim wiernym nadaje odpust pięciu lat i tyluż kwadragen za każdorazowe nawiedzenie i wspomnienie jałmużną kaplicy św. Anny w mieście Wilnie we dni ŚŚ. Anny, Franciszka, Antoniego oraz w uroczystość Wniebowstąpienia Pańskiego i Poświęcenia tejże kaplicy, do której Aleksander w książę litewski ma szczególne nabożeństwo.

Or. brak.

Kop. 1. Archivum Watykańskie, Regesta Vat. T. 868 k. 40—40', na początku, na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, przy końcu, pod tekstem: P. Thomarocius, niżej inną ręką: Collat. Hadrianus. — 2. Tamże, Armar. XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciolka) k. 65'—66'.

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciolka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 89 nr 27.

Wyd. Theiner A., Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae T. II str. 291½ nr 314 (z Kop. 1).

Alexander etc. Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Etsi cuncte Ecclesie et loca sub Sanctorum Sanctarumque Dei vocabulis fundata sint pia fidelium devolutione veneranda, illa tamen, que in honorem sancte Anne fundata reperiuntur, celebriori memoria convenit honorari, ex qua nata extitit Filia, que clausam nobis salutis portam aperuit et Regem regum pro nostra redemptione humane fragilitatis veste indutum immaculata genuit et intacta. Cupientes igitur, ut capella sancte Anne in civitate Wylnensi, et ad quam ut accepimus dilectus filius nobilis vir Alexander magnus dux Lythuanie et carissimorum in Christo filiorum nostrorum Hungarie, Polonie et Boemie regum illustrium frater singularem gerit devotionis affectum, congruis honoribus frequentetur et in suis structuris et edificiis manuteneatur et augeatur librisque, calicibus, luminaribus, paramentis et aliis ornamentis ecclesiasticis divino cultui necessariis decoretur et muniatur, ac utriusque sexus christifideles eo libentius devotionis causa ad eandem capellam confluant et ad huiusmodi manutentionem et augmentum ornamentorumque acquisitionem et munionem manus promptius^a porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus antedictis vere penitentibus et confessis, qui capellam predictam in eiusdem sancte Anne, sancti Francisci, sancti Antonii, Ascensionis Domini ac Dedicationis eiusdem capelle festivitibus et diebus a primis vespers

492. ^a dwa razy powtórzyl przy przeniesieniu

usque ad secundas vespervas inclusive festivitatum et dierum earundem devote visitaverint annuatim et ad predicta manus porrexerint adiutrices, pro singulis festivitibus et diebus huiusmodi, quotiens id fecerint, quinque annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam capellam et ad premissa manus adiutrices porrigentibus, vel alias ibidem pias elemosinas erogantibus, aut alias aliqua alia indulgentia imperpetuum vel ad certum tempus nondum elapsam duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris vel momenti. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno etc. M^oCCCCC^o primo undecimo^b kalendas iunii^b, pontificatus nostri anno nono.

493.

Rzym, 8 czerwca 1501.

Papież Aleksander VI na prośbę Aleksandra w. księcia litewskiego oraz wszystkich mieszkańców księstwa jego, duchownych i świeckich, przedłożoną sobie przez posła tegoż a swego notariusza mistrza Erazma Ciolka, proboszcza kościoła wileńskiego, jak również ze względu na grozę niebezpieczeństwa tureckiego udziela pełnego odpustu roku jubileuszowego temuż w. ks. Aleksandrowi oraz wszystkim jego księstwa mieszkańcom, jeżeli spowiadając się i pokutując w ciągu sześciu miesięcy po ogłoszeniu bulli niniejszej tamże na miejscu nawiedzą kościoły, jakie im wskaże wspomniany proboszcz Erazm, ustanowiony niniejszem przez papieża komisarzem apostolskim w tej sprawie lub wskażą wyznaczeni przez niego zastępcy jego, tudzież złożą do skarboxy na rzecz krucjaty przeciwko Turkom, Tatarom i innym niewiernym czwartą część tej sumy, którąby wydali w czasie swej pielgrzymki jubileuszowej do Rzymu tam i z powrotem, albo walcząc co najmniej sześć miesięcy z tymiż Turkami i Tatarami, nie będąc zobowiązani do tej wojny; zleca temuż komisarzowi lub jego zastępcom ustanowić przy swych kościołach jubileuszowych spowiedników, duchownych świeckich czy zakonnych, mających tę samą władzę rozgrzeszania, co spowiednicy apostolscy w bazylice św. Piotra w Rzymie; pozwala, by chorzy lub inni nie mogący nawiedzić owych kościołów przesłali do nich taką kwotę, jaką wydają tygodniowo na utrzymanie swego domu i w domu mogli się spowiadać u przybyłych do nich kapłanów, którzy w razach wątpliwych oznaczają sumę przesłać się mającą do skarboxy; wreszcie zarządza trzy klucze przy każdej skarboxie i pilne notowanie wybranych pieniędzy, które wszystkie przeznacza na podjęcie krucjaty przez tegoż Aleksandra w. księcia litewskiego.

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Armar. XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciolka) k. 53'—57 z nagłówkiem: Bulla Jubilei anni centesimi Magno Ducatui Lithuaniae concessa, przy końcu zaś pod tekstem: P. TVBA. — 2. Acta Cap.

Cath. Vln. T. I k. 6—10 nr X (oznaczenie ks. M. Herburta) z nagłówkiem: Copia bulle iubiliei per eundem prepositum (= E. Ciolek) expedite.

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciolka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 84 nr 13.

Alexander episcopus serws serworum Dei. Ad futuram rei memoriam. Pastoris
5 eterni, qui pro salute gregis dominici se in precium imolare non abnuit, vices quamvis
immeriti gerentes in terris et gregem ipsum nobis divina dispositione commissum pa-
terne consideracionis intuitu conspicientes, de animarum singulorum fidelium credencium
populorum salute sollicite cogitamus et earum periculis occurrimus, ut tenemur, eosque,
quos ut peculiare filios merito in visceribus gerimus caritatis, de apostolice potestatis
10 plenitudine, quam non ab homine obtinemus sed a Deo, indulgenciarum favoribus pro-
sequimur et remissionibus peccatorum confovemus. Dudum siquidem cum sacer iubiliei
annus proxime decursus remissionis et gaudii ac reconciliacionis humani generis Redemp-
tori nostro piissimo, qui quolibet anno centesimo ab illius primeva ordinacione per fe-
licis recordacionis Bonifacium VIII institutus et deinde Clementem VI ad quinquagesi-
15 mum ac successive Gregorium XI ad tricesimum tercium et postremo ad vigesimum
quintum annos per pie memorie Paulum II Romanos pontifices, predecessores nostros,
propter humane vite brevitatem reductus fuit, instare nosceretur essetque ille centesimus
annus, qui ab ipsa primeva ordinacione fuit institutus et in quo universi christifideles
quibuscumque eciam gravissimis delictis obnoxii, vere penitentes et confessi visitando
20 basilicas et ecclesias alme Urbis et extra eam ad id deputatas illarumque maiora altaria
plenissimam omnium peccatorum suorum indulgenciam consequabantur et propterea ab
omnibus christifidelibus cum maiori frecuencia et devocione non immerito celebrandus;
ac cuperemus ipsum annum iubileum ab ipsis fidelibus cum omni debita et singulari
devocione celebrari ac fideles ipsos ad dictam Urbem pro reverencia beatorum Petri et
25 Pauli apostolorum principum, qui eam precioso sanguine suo consecrarunt et in quorum
basilicis sub illarum maioribus altaribus ipsorum apostolorum corpora gloriosa et in ma-
iori altari ecclesie Lateranensis capita recondita conservantur, pro indulgenciis dicti anni
iubiliei consequendis undecumque personaliter accedere, nos per alias diversas litteras
nostras plenissimam ipsius anni indulgenciam litterasque eorundem predecessorum nostro-
30 rum desuper emanatas de fratrum nostrorum consilio approbando et innovando, ne con-
tingeret aliquem ignorare seu dubitare, quo tempore annus ipse iubiliei inciperet et que
ac quot ecclesie pro dicta consequenda indulgencia et quot diebus ille visitari deberent,
ex certa sciencia per alias nostras litteras omnibus et singulis utriusque sexus christi-
fidelibus per universum orbem constitutis nunciavimus et declaravimus ipsumque annum
35 iubiliei in vigilia et primis vesperis Nativitatis eiusdem Domini nostri Jesu Cristi anni
Incarnacionis Dominice millesimi quadringentesimi nonagesimi noni preteriti inchoare,
prout in eisdem nostris litteris, quarum tenores ac si de verbo ad verbum presentibus
insererentur haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continetur. Cum autem,
sicut nobis nuper dilectus filius nobilis vir Alexander magnus dux Lithvanie per dilec-
40 tum filium magistrum Erasmum Vitellium prepositum ecclesie Vlnensis, notarium nostrum,
suum apud nos oratorem ipsiusque magni ducis suppreum secretarium, quem ad nos
pro prestanda nobis et apostolice Sedi obediencia destinavit significari, fecit ipse magnus
dux nec non archiepiscopi, episcopi et abbates, duces, palatini, barones, nobiles, cives, in-
cole, habitatores et alie persone ducatus Lithvanie ac aliorum locorum et dominiorum
45 prefato magno duci subiectorum ecclesiastici eciam religiosi et seculares utriusque sexus, de-
voti quidem et affecti ac cupi(di) salutis animarum suarum et indulgenciarum dicte Urbis,

tam qui anno iubilei huiusmodi durante basilicas et alias ipsius Urbis ecclesias pro consequenda indulgentia et remissione huiusmodi per nos approbata et innovata libenter visitassent, si senio debilitate, valitudine corporis, infirmitatibus, inopia, impotencia, divinorum operum, humanorum obsequiorum vel aliorum negotiorum occupatione detenti non fuissent, aut itineris distanciam et viarum discrimina aliosque sinistros eventus non formidassent, quam etiam qui nullo impedimento astricti basilicas et ecclesias ipsas visitare non proposuerant, cupiant alias indulgentiarum huiusmodi fieri participes. Nos, qui cunctorum christifidelium animarum salutem intensis desideriis affectamus, consideracioni eciam ipsius Alexandri magni ducis nobis super hoc humiliter supplicantis, ut tam ipsius quam eciam archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, ducum, baronum, nobilium, palatinorum, civium, incolarum, habitatorum et aliorum singulorum christifidelium huiusmodi animarum saluti salubrius consulatur, providere volentes ac cupientes, immanissimorum Turcorum, qui inconsutilem tunicam Christi scindere et Rempublicam christianam evertere ac cruentissima cede christianos ipsos trucidare non cessant, gravi tam imminente pressura, dum expugnatis superioribus annis Neaponto¹, Motonensi² et Coronensi³ civitatibus aliisque castris christianorum munitissimis in reliqua loca convicina suos formidabiles exercitus classesque maritimas summa diligencia destinarunt et in christianum populum canina rabie magis atque magis sevirere non desinant, conatibus obviare, et cum ad id nostre non suppetant facultates, Alexandrum magnum ducem et archiepiscopos, episcopos, abbates, duces, palatinos, barones, nobiles, cives, incolas, habitatores et alios christifideles predictos ad impendendum ad id auxilia opportuna, peccatorum remissionibus et indulgentiis visitare eosque favoribus prosequi graciosis, auctoritate apostolica ex certa nostra sciencia ac de apostolice potestatis plenitudine tenore presencium statuimus et ordinavimus, quod Alexander magnus dux necnon archiepiscopi, episcopi, abbates, duces, palatini, barones, nobiles, cives, incole, habitatores et omnes alii christifideles utriusque sexus ducatus Lithvanie ac locorum et dominiorum predictorum cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, condicionis, nobilitatis et preeminencie existant, ecclesiastici eciam religiosi et seculares vere penitentes et confessi, qui post solemnem publicacionem presencium in partibus illis factam usque ad sex menses extunc proxime sequentes inclusive basilicas in ducatu locis et dominiis predictis consistentes, quas prefatus Erasmus prepositus, quem ad hec et alia infrascripta peragenda commissarium nostrum auctoritate apostolica prefata earumdem tenore presencium deputamus vel ab eo substituendi, duxerint esse visitandas debito tempore et iuxta eorumdem commissarii vel substituendorum ab eo providam ordinacionem super hoc faciendam devote visitaverint et in capsis ad hoc in subsidium sancte cruciate eciam pro fidei orthodoxe exaltacione adversus Turcos prefatos ac Tartaros et alios infideles per ipsos commissarium vel ab eo substituendos deputandis, quartam partem illius precii, quod visitando limina apostolorum Petri et Pauli ac alias basilicas dicte Urbis et extra eam ad id deputatas, tam in eundo de locis suis ad Urbem predictam quam redeundo de eadem ad loca predicta, verisimiliter exponerent vel alias iuxta^b eorumdem commissarii seu ab eo deputandorum ordinacionem predictam sive arbitrium effectualiter posuerint, seu qui contra eosdem Turcos, aut Tartaros et alios infideles per se vel alium impensis suis adminus per sex menses

493. ^a tak w tekście sam. Modonensi ^b ordinem w tekście

493. ¹ Naupaktos = Lepanto, port nad zatoką koryncką, zdobyty przez Turków w r. 1498.
² Modoni, port na płd.-zach. Peloponezie, ³ Koroni, port niedaleko poprzedniego portu na płd.-zach. Peloponezie.

pugnaverint, dummodo ad id alias obligati non fuerint, eandem prorsus indulgentiam anni iubilaei plenissimam, peccatorum suorum remissionem ac cum Altissimo reconciliacionem consequantur, quam consecuti forent, si anno iubilaei huiusmodi Romam profecti fuissent ac basilicas et ecclesias ad id in eadem Urbe et extra eam deputatas iuxta
5 nostram et predecessorum nostrorum predictorum ordinacionem huiusmodi visitassent ac omnia alia implevissent, que pro consecutione indulgentiarum huiusmodi quomodo- libet acquirebantur. Et ut fideles ipsi huiusmodi indulgentie commodius fieri possint participes, prefato commissario vel ab eo substituendis auctoritate nostra ecclesias, que propterea visitari debeant, declarandi et in qualibet ecclesiarum earundem simul vel
10 successive certum numerum presbiterorum secularium vel religiosorum, de quo eis videbitur, ad audiendum eorundem fidelium pro indulgentia huiusmodi consequenda ad ecclesias ipsas, in quibus deputati fuerint, confluencium, confessiones deputandi et eisdem presbiteris secularibus vel regularibus, quos per ipsos commissarium vel substituendos ad id deputari contigerit usque ad tempus per eos prefigendum, eorundem fidelium
15 confessione diligenter audita pro commissis per ipsos christifideles excessibus, criminibus et peccatis quibuslibet, eciam si talia forent, propter que Sedes predicta merito esset consulenda, eis de absolucionis beneficio providendi et penitentiam salutarem iniungendi nec non vota per eos emissa in opus indulgentiarum huiusmodi commutandi ac alias in omnibus et per omnia iuxta facultatem, per alias litteras nostras dilectis filiis peni-
20 tenciariis in eadem basilica beati Petri deputatis dicto anno iubilaei attributam, auctoritate apostolica prefata earundem presencium tenore concedimus potestatem et facultatem. Et ne illi, qui peregrinari et aliquam ex ecclesiis deputandis pro consequenda indulgentia huiusmodi commode et honeste visitare non potuerint, utriusque sexus utpote infirmi, decrepiti, valitudinarii divinisque aut humanis serviciis mancipati, effectum careant indul-
25 gentie memorate, volumus, quod si tales huiusmodi et aliis quibusvis impedimentis dictas ecclesias deputandas visitare impediti vere penitentes et confessi in Ducatu locis et dominiis predictis habitantes ad capsas predictas per fideles manus transmiserint, quantum per unam ebdomadam integram in victualibus cum eorum familia exponere consueverint, tam ipsi quam de ipsorum sic impeditorum familia existentes, non impediti eandem
30 prorsus indulgentiam anni iubilaei plenissimam huiusmodi consequantur ac si loca huiusmodi indulgentiarum personaliter visitarent; liceatque prefatis commissario vel substituendis pro talibus impeditis in singulis locis, de quibus sibi videbitur confessores deputare idoneos et quos ipsi non venientes eligere voluerint, qui erga impeditos eosdem ac de eorum familia existente pari qua alii confessores predicti erga visitantes ipsas ecclesias depu-
35 tandas auctoritate fungantur; et quia facile contingere posset aliquos dubitare, quantum offerre debeant pro consequenda indulgentia predicta et nonnullos esse dubios et incertos, an eorum impotencia, infirmitas vel servicii occupacio sit adeo excusabilis, notabilis et legitima, quod iuxta premissa ad visitacionem faciendam astringi non debeant vel indulgentiam huiusmodi consequantur, sed pro illa consequenda sufficiat eis quantitatem pre-
40 dictam in capsis huiusmodi per fideles manus poni facere, volumus, quod declaracioni per commissarium et substituendos predictos desuper faciende firmiter stetur, quodque prefati commissarius vel ab eo substituendi in singulis predictis locis sive ecclesiis ad id per eos ordinandis unam capsam cum tribus clavibus, quarum una penes commissarium vel ab eo deputandum et alia penes ipsum magnum ducem vel quem ad id duxerit
45 deputandum et tertia penes alium notabilem virum ecclesiasticum regularem sive secularem vel de quo ipsis commissario vel substituendis videbitur fide et facultatibus idoneum deponantur, ordinet. Et quicquid ex unaquaque capsam extrahi continget, per authenticas

personas annotari facere curet et illud totum in premissam causam, videlicet pro expedicione adversus ipsos perfidos Turcos, Tartaros et alios infideles per prefatum Alexandrum magnum ducem facienda et non in alios usus omnino convertatur. Et si forsitan super premissorum execucione et presencium litterarum concessione eciam alia aliqua dubia exorirentur, eorundem commissarii vel substituendorum, qui de premissis bene informati existunt, declaracioni stari debere decernimus. Et ut premissa melius et facilius semotis quibuslibet debitum consequantur effectum, omnibus et singulis locorum ordinariis, abbatibus et aliis eciam cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel condicionis existant, utriusque sexus personis, in virtute sancte obediencie ac sub excomunicacionis late sentencie, a qua non nisi a nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intransantibus preterquam in mortis articulo constituti et debita satisfacione premissa absolvi possent ac peccuniaria ipsorum commissarii vel substituendorum arbitrio qualitate facti ac persone attendita, moderanda et de facto a contrafacientibus exigenda pena districtius inhibemus, ne videlicet ordinarii et alie eclesiastice seculares ac religiose persone, quicumque presencium publicacionem in eorum ecclesiis, civitatibus et diocesibus, ubi et quotiens opus fuerit, faciendam impedire et aliquid pretextu dicte publicacionis peterint et eciam a sponte offerentibus exigere, recipere ac ipsi et quicumque alii in premissis ac circa ea fraudem aut dolum comittere, ne ut procurantes huiusmodi indulgencie participes fieri et sua pia suffragia erogare et mittere ab huiusmodi eorum pio proposito in toto vel in parte directe vel indirecte, tacite vel expresse retrahere ac contra presentes illarumque tenorem predicare et in ipsis predicacionibus pium christifidelium animum ab eorum pio et sancto proposito divertete quoquomodo presumant, mandan(tes) ipsas presentes per quoscumque verbi Dei predicatores eciam religiosos ordinum quorumcumque eciam mendicancium iuxta ordinacionem et requisicionem ipsorum commissarii vel ab eo substituendorum in Ducatu locis et dominiis predictis predicari et publicari debere. Non obstantibus constitucionibus et ordinacionibus apostolicis ac quibusvis privilegiis et indultis per Sedem eandem eisdem ordinibus illorumque personis in genere et in specie forsitan quibusvis verborum formis et clausulis eciam derogatoriis derogatoriis forcioribus, efficacioribus et insolitis, de quibus eciam presentibus eciam de verbo ad verbum pro illorum sufficienti derogacione habenda esset mencio specialis, que quoad hoc nolumus cuique ullatenus suffragari ceterisque contrariis quibuscumque. Et quoniam magna vis est oracionis, que pie et iugiter ad Deum funditur in tantum, ut orante Moise populus Israeliticus victoriam de inimicis reportaret, cessante vero oracione inimici potenciores redderentur, omnibus et singulis episcopis, abbatibus, prioribus, prepositis et aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis, conventibus et capitulis in virtute sancte obediencie mandamus, ut cantata in eorum ecclesiis missa solemniter Spiritus Sancti et convocato populo has nostras litteras publicent ac per circuitum solemnes faciant processiones ac clerum et populum Ducatus locorum et dominiorum predictorum moneant et requirant, ut per misericordiam Dei, quam sperant se suscepturos, oracionibus quantum possint insistant, ut Dominus noster Jesus Christus populo suo periclitanti subveniat, ut illum a faucibus draconis satagentis eum devorare eripiant; nos enim omnibus et singulis christifidelibus, qui predictis piis operibus insisterint, in omnibus eorum operibus et actibus in Domino benedicimus. Verum quia difficile foret presentes litteras ad singula queque loca, in quibus expediens fuerit, deferre, volumus ac eciam dicta apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis unius vel duorum publicorum notariorum subscripcione et ipsorum commissarii vel substituendorum ab eo aut alicuius prelati seu persone eclesiastice in dignitate constitute iuxta voluntatem dictorum commissarii vel

ab eo substituendorum minutis ea prorsus indubia fides adhibeatur, que presentibus adhiberetur, si essent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti ordinacionis, deputacionis, concessionis, voluntatis, constitucionis, inhibicionis, mandati, decreti et benedictionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

5 Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius se noverit incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo primo sexto idus iunii, pontificatus nostri anno nono.

494.

Rzym, 15 czerwca 1501.

10

Papież Aleksander VI mistrzowi Erazmowi Ciolkowi proboszczowi kościoła wileńskiego, swemu notariuszowi i Aleksandra w. księcia litewskiego do tegoż papieża i Stolicy apostolskiej posłowi, który już otrzymał dyspensę apostolską na trzy beneficja kościelne z duszpasterstwem lub skądinąd incompatibilia i posiada między innymi probostwo wileńskie, uwalniając go od wszelkich cenzur kościelnych, dozwala mu na jego prośbę na czwarte beneficjum duszpasterskie lub skądinąd incompatible w rzeczonym kościele wileńskim a we wszelkich innych dwa wszelkiego rodzaju z prawem ich zamiany lecz z zastrzeżeniem, iż więcej aniżeli dwóch kościołów parafjalnych nie może posiadać, uprawniając go do poboru wszystkich dochodów z tych beneficjów, wyjąwszy dystrybucyj codziennych; daje mu przywilej ołtarza przenośnego z mocą odprawiania mszy o świtanii i na miejscach obłożonych interdyktem kościelnym przez władze ordynaryjuszowskie, ponadto słuchania i rozgrzeszania, wyjąwszy rezerwatów Stolicy apostolskiej, wszystkich osób podległych mu prawem parafjalnem lub innych beneficjów, jakie posiada.

Or. brak.

Kop. 1. Archivum Watykańskie, Regesta Vaticana T. 868 k. 29'—34', na początku, na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, przy końcu pod tekstem tą ręką: P. Thomarotius, poniżej inną ręką: Collat. Hadrianus. — 2. Tamże, Armarium XXXII T. 21 (zawierający Kopjarz rzymski Erazma Ciolka) k. 72.

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciolka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 89 nr 31.

Alexander etc. Dilecto filio magistro Erasmo Vitellio preposito ecclesie Wilnensis, notario nostro, in artibus magistro salutem etc. Grata devotionis obsequia, que nobis et apostolice Sedi hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon litterarum scientia, vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam etiam fidedignorum testimoniis innari percepimus, nos inducunt, ut te specialibus favoribus et gratiis prosequendo petitiones tuas, per quas tibi et aliis personis de beneficiis ecclesiasticis valeat provideri, ad exauditionis gratiam admittamus illaque tibi favorabiliter concedamus, que tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna, ac votis tuis, presertim per que tue et aliorum christifidelium animarum saluti consulere et ex devotionis fervore prodire conspicimus, favorabiliter annuamus. Hinc est quod nos te, qui dilecti filii nobilis viri Alexandri magni ducis

Lytthuanie ad nos et Sedem predictam orator destinatus existis, et cum quo dudum, ut asseris, ut quecunque tria curata seu alias invicem incompatibilia beneficia ecclesiastica, etiamsi dignitates, personatus, administrationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitana vel collegiatis et dignitates ipse in cathedralibus etiam metropolitana post pontificales maiores, seu in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales, aut duo ex eis 5 parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie forent, et ad dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi consueverunt, qui per electionem assumi eisque cura immineret animarum, si tibi alias canonice confererentur aut eligereris, presentereris vel alias assumereris ad illa et instituereris in eis, recipere et insimul quoad viveres retinere illaque omnia et singula simul vel successive, simpliciter vel ex causa permuta- 10 tionis, quotiens tibi placeret dimittere et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica tria duntaxat invicem incompatibilia similiter recipere et insimul quoad viveres, ut prefertur, retinere valeres, apostolica fuit auctoritate dispensatum, quique preposituram ecclesie Wilnensis inter alia obtines, premissorum obsequiorum et meritorum 15 tuorum intuitu graciosi favore prosequi volentes teque a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, nec non quecunque duo alia curata seu alias incompatibilia, que ex dicta 20 dispensatione ac omnia et singula alia beneficia ecclesiastica sine cura, que obtines ac cum cura et sine cura, que expectas, nec non in quibus et ad que ius tibi quomodolibet competit, quecunque, quotcunque et qualiacunque sint, eorumque ac dicte prepositure fructuum, reddituum et proventuum veros annuos valores, presentibus pro expressis habentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tecum ut unacum prepositura et 25 duobus aliis incompatibilibus, que forsitan obtines, seu absque illis tribus aliis incompatibilibus beneficiis ecclesiasticis, ad que tecum dispensatum extitit ut premittitur, per te pro tempore obtentis, quodcunque quartum curatum seu alias incompatible, necnon in predicta Wilnensi et quibusvis aliis cathedralibus etiam metropolitana vel collegiatis aut parrochialibus aliisque ecclesiis quecumque duo alia dissimilia vel similia simplicia 30 sub singulis duobus tectis earundem ecclesiarum consistentia beneficia ecclesiastica, etiam si alterum ex beneficiis sub singulis duobus tectis consistentibus cum cura, aut canonicatus et prebenda et tam illud quam aliud quartum incompatible beneficium huiusmodi, dignitas, personatus, administratio vel officium in cathedrali etiam metropolitana vel collegiata et dignitas ipsa in cathedrali etiam metropolitana post pontificalem maior, 35 seu in collegiata ecclesia huiusmodi principalis, aut parrochialis ecclesia vel eius perpetua vicaria fuerit, et ad dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi consueverit, quis per electionem assumi eique cura immineat animarum, si tibi alias canonice confererentur, aut eligeris, presenteris vel assumaris ad illa et instituaris in eis, recipere et insimul quoad vixeris retinere, illaque omnia simul vel successive, simpliciter 40 vel ex causa permutationis, quotiens tibi placuerit, dimittere ac loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia, beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica, quartum videlicet curatum seu alias incompatible et duo sub singulis duobus tectis consistentia, dummodo inter ipsa omnia plura quam quatuor curata et inter ipsa quatuor incompatibilia plures quam due parrochiales ecclesie 45 vel earum perpetue vicarie insimul et sub eodem tecto singularum duarum ecclesiarum huiusmodi consistentia, duo canonicatus et totidem prebende, seu due dignitates, personatus,

administrationes vel officia non fuerint, similiter recipere et insimul quoad vixeris ut
preferatur retinere libere et licite valeas, auctoritate apostolica tenore presentium de
specialis dono gratie dispensamus, ac tibi, quod in Romana Curia vel altero beneficio-
rum tuorum ecclesiasticorum per te pro tempore obtentorum residendo, aut litterarum
5 studio in loco ubi illud vigeat generale insistendo, vel eidem Magno Duci inserviando,
etiam quoad vixeris, omnes et singulos fructus, redditus et proventus dicte prepositure
et quorumcunque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, etiam
ex statutis et consuetudinibus seu foundationibus personalem residentiam requirentium,
etiam ut preferatur qualificatorum, que in quibusvis ecclesiis sive locis obtines et im-
10 posterum obtinebis, cum ea integritate, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis,
libere percipere valeas, cum qua illos perciperes, si in eisdem ecclesiis sive locis per-
sonaliter resideres et ad residendum interim in eisdem minime tenearis, nec ad id
a quoquam invitatus valeas coarctari. Quodque liceat tibi habere altare portatile cum
debitis reverentia et honore, super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis sine
15 iuris alieni preiudicio et cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit,
etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, et si forsitan ad loca eccle-
siastico interdicto ordinaria auctoritate supposita te declinare contigerit, in illis clausis
ianuis, non pulsatis campanis et summissa voce, excommunicatis et interdictis exclusis,
in tua et familiarium tuorum domesticorum presentia, dummodo tu vel illi causam non
20 dederitis interdicto, nec id tibi vel illis contigerit specialiter interdici, possis per te
ipsum, cum ad presbiteratus ordinem promotus fueris, aut proprium vel alium sacerdotem
ydoneum missas et alia divina officia celebrare seu celebrari facere, dicta auctoritate
apostolica etiam presentium tenore de speciali gratia indulgemus. Preterea tibi quascun-
que personas utriusque sexus ratione quorumcunque parochialium ecclesiarum aut
25 aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, que obtines et pro tempore obtinebis, tue com-
missas cure, confessionibus earum diligenter auditis ab omnibus et singulis earum peccatis,
excessibus, criminibus et delictis, dummodo talia non fuerint, propter que Sedes apostolica
merito consulenda foret quotiens fuerit oportunitas, per te ipsum, diocesani loci vel
cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, absolvendi et eis pro commissis
30 penitentiam salutarem iniungendi, ac predicta et quecunque alia beneficia ecclesiastica
cum cura et sine cura, que obtines ut preferatur et in posterum obtinebis simpliciter, aut
pro alio vel aliis, simili vel dissimili, aut similibus vel dissimilibus, beneficio seu beneficiis,
ecclesiastico vel ecclesiasticis ex causa permutationis, in qua tamen nulla illicita pactio
seu simoniaca pravitas interveniat, cum quibusvis personis tecum permutare volentibus
35 in quorumcunque ordinariorum locorum aut canonicorum metropolitane vel aliarum
cathedralium ecclesiarum, seu aliarum personarum in dignitate ecclesiastica constitutarum
ad id per te eligendorum seu eligendarum manibus, extra Romanam curiam, predictae
Sedis aut cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, resignandi, nec non ordi-
nariis, canonicis et personis in dignitate constitutis huiusmodi resignationes ipsas a te
40 simpliciter vel ex eadem causa a compermutantibus personis, ex dicta causa duntaxat,
extra dictam curiam prefata auctoritate recipiendi, nec non ea que tu simpliciter ydonee
seu ydoneis ad id per te nominande seu nominandis etiam quecunque quotcunque et
qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentibus et expectantibus et que ex eadem causa
tecum permutantibus personis, que vero tecum compermutantes persone resignaveritis
45 beneficia huiusmodi, etiam si ut preferatur qualificata fuerint, dummodo dignitates in
metropolitana vel aliis cathedralibus post pontificales maiores seu in collegiatis ecclesiis
huiusmodi principales et compermutantium personarum huiusmodi similem facultatem

non habentium beneficia dispositioni apostolice generaliter reservata non fuerint, tibi eadem auctoritate conferendi et de illis etiam providendi omniaque et singula alia in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna faciendi et exequendi plenam et liberam auctoritate et tenore premissis licentiam concedimus et etiam facultatem. Et nichilominus dilectis filiis Gneznensis et Wratislaviensis ac Poznaniensis^a ecclesiarum prepositis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra fructus, redditus et proventus huiusmodi tibi vel procuratori tuo legitimo iuxta dicte nostre concessionis tenorem integre ministrari, non permittentes te super illis per locorum ordinarios et dilectos filios earundem ecclesiarum capitula seu quosvis alios ad residendum in eisdem ecclesiis sive locis compelli aut alias contra nostre concessionis huiusmodi tenorem quomodolibet molestari. Contra- dictores auctoritate etc. Non obstantibus, si in ecclesiis sive locis huiusmodi primam non feceris residentiam personalem consuetam, ac felicitis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri, per quam concessionem huiusmodi de fructibus in absentia percipiendis sine predefinitione temporis fieri prohibentur, ac generalis concilii nec non quibusvis aliis apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non de notariorum Sedis predictae et quibusvis aliis beneficiis ecclesiasticis per nos vel Sedem predictam pro tempore factis reformationibus generalibus vel specialibus, ac ecclesiarum, in quibus quartum incompatible et sub singulis duobus tectis consistentia et alia beneficia huiusmodi forsitan fuerint, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, etiam si de illis servandis et non impetrandis litteris apostolicis contra ea, et ipsis litteris etiam ab alio vel aliis impetratis non utendo, aut alias quovismodo concessis, tu per te vel procuratorem tuum prestiteris hactenus vel imposterum te prestare contigerit forsitan iuramentum, contrariis quibuscunque, aut si ordinariis prefatis ab eadem sit Sede concessum vel imposterum concedi contingat, quod canonicos, rectores et personas suarum civitatum et diocesum etiam in dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis constitutas et in illis non residentes, aut qui in eis primam non fecerint residentiam, huiusmodi fructus, redditus et proventus suorum beneficiorum ecclesiasticorum in absentia sua ministrare minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Proviso, quod quartum incompatible et sub singulis duobus tectis consistentia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, quibus illa immineat, nullatenus negligatur, sed in eis, quorum fructus in absentia huiusmodi te percipere contigerit, animarum cura huiusmodi per bonos et sufficientes vicarios, quibus de eorundem beneficiorum proventibus necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur et deserviat, inibi laudabiliter in divinis et eorundem sub singulis duobus tectis consistentium beneficiorum congrue supportentur onera consueta. Volumus autem quod indulto huiusmodi celebrandi seu celebrari faciendi ante diem parce utaris, quia cum in altaris ministerio imoletur Dominus noster Ihesus Christus Dei Filius, qui candor est lucis eterne, congruit hoc

494. * następuje wyraz officialibus przekreślony

non noctis tenebris fieri, sed in luce. Quodque si beneficiorum predictorum simpliciter resignandorum singulorum fructus, redditus et proventus vigintiquatuor florenorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annum excedant, conferentes et illi, quibus beneficia huiusmodi conferentur et si ex dicta causa resignationis huiusmodi fiant ac tuorum et tibi ex eadem causa collatorum beneficiorum huiusmodi fructus, redditus et proventus inaequales et maioris valoris fuerint, etiam si ipsa inaequalitas viginti quatuor florenos similes non transcendat, conferentes predicti et illi, quibus beneficia maioris valoris huiusmodi tunc collata fuerint, de nominibus et cognominibus personarum et beneficiorum eorundem ac diebus factarum collationum huiusmodi gentes camere apostolice aut collectores vel succollectores fructuum et proventuum eidem camere debitorum in partibus illis pro tempore deputatos infra unum, si citra et tres menses, si ultra montes collationes ipse facte fuerint, iuxta quasdam pie memorie Sixti IV et Innocentii VIII Romanorum pontificum predecessorum nostrorum super hoc editas litteras certificare procuret. Alioquin beneficia ipsa sic collata vacare censeantur eo ipso. Nulli ergo etc. nostre absolutionis, dispensationis, indulti, concessionis, mandati et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. MCCCCC primo decimo septimo kalendas iulii, pontificatus nostri anno nono.

495.

Rzym, 23 czerwca 1501.

Papież Aleksander VI, mistrza Erazma Ciołka, proboszcza katedry wileńskiej, swego notarjusza i posła wielkiego księcia Aleksandra u Stolicy apostolskiej, ze względu na życie przykładne, cnoty i zasługi mianuje comes palatinus sacri palatii apostolici et aule Lateranensis wyszczególniając prawa z tym urzędem związane, między innymi prawo mianowania notarjuszy i tabellionów publicznych oraz sędziów zwyczajnych jak również prawo dyspensowania od przeszkody urodzenia (defectus natalium).

Or. brak.

Kop. 1. Archiwum Watykańskie, Regesta Vaticana T. 868 k. 34'—36' z zapiskami: na początku tekstu na lewym marginesie ręką tekstu: Hadrianus, przy końcu pod tekstem tą samą ręką: P. Thomarotius, niżej inną ręką: Collat. Hadrianus. — 2. Tamże, Arm. XXXII T. 21 k. 76 (Kopjarz rzymski Erazma Ciołka).

Reg. Kopjarz rzymski Erazma Ciołka, wyd. S. Kutrzeba i X. J. Fijałek str. 90 nr 34.

Alexander etc. Dilecto filio magistro Erasmo Vitellio preposito ecclesie Wilnensis sacrique nostri palatii Lateranensis comiti palatino salutem etc. Ecclesia Romana, cuius principatum super omnia extulit Divina Maiestas et a qua velut a primevo fonte honorum et dignitatum beneficia proveniunt, tamquam regina in vestitu deaurato circumdata varietate devotos et fideles suos, quos fidei illibata sinceritas ac propria virtutum merita ad hoc recommendant, honoris et fame amphoris preconiiis dignitatum titulis decorat, prout personarum qualitati respicit convenire. Hinc est, quod nos ad personam tuam, ob vite ac morum honestatem aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, debitum respectum habentes eamque specialis honoris et excellentie dignitate sublimare teque, qui etiam notarius noster et, ut accepimus, dilecti filii nobilis viri Alexandri magni ducis Lythuanie ad nos et Sedem apostolicam orator destinatus existis, premissorum intuitu gracioso favore prosequi vo-

lentes et a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti^a aliisque ecclesiasticis sentenciis, censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate te comitem palatinum sacri palatii apostolici et aule Lateranensis auctoritate apostolica tenore presentium creamus et ordinamus ac pro nostro et palatii predicti comite deinceps censerī, nominari, nuncupari et reputari volumus atque mandamus et aliorum eiusdem palatii comitum palatinorum numero et consortio favorabiliter aggregamus, ac tibi quod deinceps omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, commoditatibus, honoribus, gratiis et emolumentis, quibus ceteri aule et palatii predictorum comites de iure vel consuetudine aut alio quomodolibet utuntur, potiuntur et gaudent ac uti, potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri et gaudere libere et licite valeas auctoritate predicta tenore presentium de specialis dono gratie indulgemus tibi^{que} ut ad instar aliorum Lateranensis palatii comitum palatinorum ubique locorum, extra tamen Romanam Curiam, notarios et tabelliones publicos ac iudices ordinarios, qui idonei et in litteratura experti fuerint, recepto prius ab eis de notariatus seu tabellionatus et iudicatus huiusmodi officiis fideliter exercendis in manibus tuis solito iuxta formam presentibus annotatam iuramento, creandi, deputandi et constituendi ac de notariatus et tabellionatus et iudicatus huiusmodi officiis per pennam et calamare ut moris est investiendi, nec non quibuscunque personis utriusque sexus de adulterio, incestu, sacrilegio et alio quovis damnato cohitu simpliciter aut mixtim pro tempore procreatis super huiusmodi et quibusvis aliis natalium defectibus, ut illis non obstantibus in quibuscunque bonis parentum agnatorum, cognatorum, ex testamento vel ab intestato succedere et ad illa ex donatione ac alias qualitercunque, absque tamen preiudicio illorum, qui eis succedere deberent, si ab intestato decederent, admitti, nec non ad quecunque dignitates, administrationes et officia secularia publica et privata eligi, recipi et assumi eaque gerere et exercere libere et licite valeant, proinde ac si de legitimo thoro nati forent, dispensandi plenam et liberam per presentes damus et^b etiam concedimus facultatem. Non obstantibus apostolicis^c ac in provincialibus^d et generalibus conciliis [editis] constitutionibus et ordinationibus nec non legibus imperialibus et statutis municipalibus ac quibusvis universitatum privilegiis et indultis ac litteris apostolicis, quibus illa omnia si^e eis eorumque totis tenoribus specialis specifica et expressa seu quevis alia mentio habenda foret, presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, quoad premissa specialiter et expresse motu simili derogamus, ceterisque gratiis quibuscunque. Tu igitur de bono in melius studiis virtutum intendas, ut in nostro conspectu ad maiora te semper constituas meritorum studiis digniorem^f et nos propterea ad favendum tibi maiorem gratiam invitetur. Forma autem iuramenti, quod a creandis per te vel alium seu alios ut prefertur notariis exigere debes, sequitur et est talis: Ego N. etc. prout in forma. Nulli ergo etc. nostre absolutionis, creationis, ordinationis, voluntatis, mandati, aggregationis, indulti, concessionis et derogationis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno etc. M^oCCCCC^oI^o nono kalendas iulii, pontificatus nostri anno nono.

495. ^a następuje etc. *przekreślone* ^b następuje konce *przekreślone* ^c *przerobione* i *concessis*
^d *następuje co przekreślone* ^e *następuje de verbo przekreślone* ^f *następuje nosque przekreślone*

496.

Rzym, 23 czerwca 1501.

Papież Aleksander VI na prośbę mistrza Erazma Ciolka, proboszcza wileńskiego i swego notariusza oraz kapitule wileńskiej nadaje tejże kapitule i poszczególnym jej członkom to samo prawo, jakie posiada kościół krakowski, a mianowicie użycia kar kościelnych na czynszowników, osadników i wszystkich krzywdzicieli w czynszach, dochodach i dobrach kapitulnych.

